VOCALES IN STIRPIUM TERMINATIONIBUS POSITAE NOMINUM ITALICORUM, GRÆCORUM, IMPRIMIS VERO GERMANICORUM POST QUAS POTISSIMUM CONSONAS IN SINGULARIS NOMINATIVO PERIERINT QUAERITUR.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

Karl Johann Albert

(CAROLUS) MAASS

MEGALOPOLITANUS.

ROSTOCHII.

TYPIS EXPRESSIT CAROLUS BOLDT.

MDCCCLXXIII.

Argumentum.

Caput I.

De vocalibus post consonas elisis in universum agitur.

Ut in rerum natura quae proveniunt, ea omnia post quoddam tempus evanescere incipiunt, ita ea elementa, quae vocabulis formandis inserviunt, soni sive consonae sive vocales extenuantur. Quae quidem extenuatio invenitur pariter in vocabulis et ineuntibus et mediis et exeuntibus, maxime autem debilitatione afficiuntur syllabae finales. Ea deminutio non raro eo usque progreditur, ut soni, qui in syllabis illis insunt, omnino intereant.

Ac mihi quidem in animo est disserere, post quas potissimum consonas vocales in stirpis fine positae nominum et Graecorum et Italorum imprimisque Germanicorum perierint. Cum vero ex singularis nominativo planissime stirps cognoscatur, hujus solius casus habebo rationem.

Initium autem faciam a linguis et Graecorum et Italorum. In quibus id praecipue quaerendum esse mihi videtur, nonne certae quaedam consonae vocales illas antecedant. Qua consonarum serie reperta transibo ad id quod mihi imprimis propositum est, ut simile quid in linguis Germanicis occurrere, ostendere studeam.

Caput II.

De linguis et Graecorum et Italorum disseritur.

Libri, quibus usus sum, sunt hi:

Aufrechtii et Kirchhofii „Umbrische Sprachdenkmäler". Bd. I. II.

Boppii „Vergleichende Grammatik".

Buecheleri „Grundriss der lateinischen Declination".

Corssenii „Aussprache und Vocalismus der lateinischen Sprache". Bd. I. II[2].

Curtii „Grundzüge der griechischen Etymologie".

Ejusdem „De nominum Graecorum formatione".

Enderisii „Versuch einer Formlehre der oskischen Sprache mit den oskischen Inschriften und Glossar."

Gustavi Mayeri „Beiträge zur Stammbildung des Griechischen und Lateinischen“ (Curt. Stud. Bd. V).
Leonis Meyeri „Vergleichende Grammatik des Lateinischen und Griechischen“.
Ejusdem „Die einsilbigen nomina im griechischen und lateinischen“. (Kuhn's Zeitschrift. Bd. V pag. 366 sq.)
Mommsenii „Die unteritalischen Dialecte“.
Nevii „Lateinische Formenlehre“. Bd. I. II.
Pottii „Etymologische Forschungen“. Bd. II[1].
Schleicheri „Compendium der vergleichenden Grammatik“.
Schuchardtii „Der Vocalismus des Vulgärlateins“. Bd. I. II. III.

Ante quam de re ipsa agam, memorandum videtur, omnes voces aut ex ipsis radicibus aut suffixorum ope radicibus additorum formatas esse. Ea autem vocabula, quae per suffiixa formata sunt, aut unum tantum aut plura suffixa exhibent. Qua de causa nobis duo nomina similia inter se conferentibus, quorum alterum altero majus est uno suffixo, minus non ex majore correptum esse saepius apparebit velut mordex non ex mordicu-s vocali finali elisa ortum, sed potius suffixo ac formatum est.

Quam quidem rem imprimis Corssenius (II p. 588 sq.) neglexit, qui, ut exemplo utar, o vocalem una cum s sono in nominibus, qualia sunt oscen, cornicen, fidicen, tubicen periisse dicit, quod demonstrent formae oscinu-m, vaticinu-s, fidicinu-s, Cornicinu-s, tibicina; neque enim ullum in singulis nominum casibus vocalis in stirpis terminatione positae vestigium exstat, sed potius pleniores formae suffixo amplificatae sunt. Itemque Corssenius alteras nominum compositorum partes velut arti-fex, ju-dex, sim-plex, con-jux (σύ-ζυξ), tra-dux in eandem vocalem terminalem, quae in adjectivis: muni-ficu-s, veri-dicu-s, fati-dicu-s, bi-jugu-s inveniatur, olim exisse injuria dicit. Quorum nominum etiamsi interdum nonnulli casus thema in vocalem desinens exhibent ut gen. plur. supplici-um, simplici-um, id tamen nullius est momenti, nam facile analogia efficitur, ut stirps nominis alicujus primitus consona terminata saepius in flexionem vocali finitam transeat. Plura ejusmodi exempla afferrem, nisi longum esset. In eundem errorem etiam alii ut Leo Meyerus, Gustavus Mayerus incidisse mihi videntur.

In lingua Graeca themata consonis terminata vocalibus aucta saepius occurrunt. Quo praecipue referendus est metaplasmus qui vocatur, quod docent, ut exemplis utar, stirpes φυλακ- et

φυλακο-, πιθηκ- et *πιθηκο-, ἱερακ-* et *ἱερακο, τριβακ-* et *τριβακο-*. Ac rectissime quidem Gustavus Mayerus, quamquam interdum, ut modo commemoravi, in eodem errore quo Corssenius, versatur, censet, et temporibus Graecorum sermonis vulgaris multorum nominum stirpes initio in consonas desinentes in flexionem **a** vocali finitam transiisse, quod ex accusativis: *αἶγαν, ἄνθρακαν, γραμματέαν, κοιλαδέαν* apparet (Mullach. Gr. der Gr. Vulgärspr. pag. 22) et themata nominum Graecorum, quae eadem aetate in linguam Latinam irrepsissent, una vocali esse amplificata. Ejusmodi exempla sunt

(Gr.)	*ἀβακ-, ἀβακο-*	=	(Lat.)	abaco-
„	*δελφιν-*	=	„	delphino-
„	*ἐλεφαντ-*	=	„	elephanto-
„	*Ἐρυκ-*	=	„	Eryco-
„	*Καππαδοκ-*	=	„	Cappadoco-
„	*εἱλωτ-*	=	„	helota-
„	*φαλαγγ-*	=	„	phalanga-
„	*στατηρ-*	=	„	statera-. —

Idem transitus in recentiore lingua Graeca latius increbruit, quod ostendunt (Mull. l. c.) nomina: *μητέρα* pro *μήτηρ, θυγατέρα* pro *θυγάτηρ, λαμπάδα* pro *λαμπάς, γυναῖκα* pro *γυνή, ἐλπίδα* pro *ἐλπίς, πατέρας* pro *πατήρ, ἄνδρας* pro *ἀνήρ, ἔρωτας* pro *ἔρως, μῆνας* pro *μήν*.

Itaque sententiae Gustavi Mayeri, qui permulta nomina, quorum stirpes in consonas exeunt, ut in lingua Latina flexionem **i** vocali terminatam, ita in Graeca flexionem in **o** secuta esse dicit, assentiendum esse mihi videtur. Postremo de nominibus monosyllabis linguarum et Graecorum et Italorum, quae Leo Meyerus (K. Z. V p. 366 sq.) explicare studet, breviter disseram. Is enim cum dicat, omnia nomina linguarum Indogermanicarum monosyllaba ideoque etiam ea, quae ad linguas Graeco-Italicas pertinent, non primigenia, sed posteriori aetati tribuenda esse, magno in errore versari mihi videtur, nam, quamquam multo major nominum numerus e pluribus syllabis constat, hoc tamen non efficitur, omnia monosyllaba vocalium finalium deminutione ex plenioribus formis orta esse, praesertim cum radix cum casus signo conjuncta ad formandum nomen aliquod omnino sufficiat. Velut pro primigeniis nominibus habenda sunt (Scr.) pad, (Gr.) *πούς*, (Lat.) pes; (Scr.) ruk, (Lat. lux; (Scr.) vâk, (Gr.) *ὄψ*, (Lat.) vox. —

Venio ad linguam Graecam. In qua vocales in stirpis fine collocatae perraro exstinctae sunt. Consonarum praecedentium praeter dentales tantummodo *λ* sonus huc revocandus mihi videtur.

Post quem i suffixum periit in nomine ἅλς = (Lat.) sale. Vocalem ejectam servarunt nomina composita ut ἁλι-φόρφυρο-ς (Roedig. Comp. 56).

At post dentales consonas vocalis in stirpis terminatione posita persaepe interiit. Quo referenda sunt imprimis nonnulla adjectiva composita, quorum alterae partes olim participia passivi fuerunt. In quibus o vocalis suffixi το, quod partipio passivi formando inservit, excidit. Ejusmodi adjectiva sunt ἀ-δμής *-δμητο-ς (Hom. Od. 6, 109. 228.), ἰθυ-τμής, *-τμητο-ς (Il. 16, 44.), ἀγνώς, -*γνωτο-ς (saepius), εὐ-κράς, *-κρατο-ς, (Pollux 6, 23), αὐτο-κέρας, *-κερατο-ς (Pollux 6, 24), ἡμι-θνής, -*θνητο-ς (Aristoph. Nub. 504.), ἀστρο-βλής, -βλητο-ς (Aristot. H. A. 8, 20). Praeterea (imprimis apud Homerum) casus obliqui stirpium velut -ἀβλητ-, ἐπιβλητ-, προβλητ, ἀκμητ-, ἀνδροκμητ-, δορικμητ-, ἀμφιτρητ-, ἀλλογνωτ-, φυλλοστρωτ-, Ἰγνητ-, (nâto-) traduntur, sed dijudicari non potest, utrum horum nominum sing. nominativus exstiterit necne.

Multo saepius inveniuntur pleniores formae ut ἄ-βλητο-ς, Διό-βλητο-ς, πρὸ-βλητο-ς, ἄ-δμητο-ς, ἄ-κμητο-ς, ἀνδρό-κμητο-ς, ἀμφί-τρητο-ς, ἄ-βρωτο-ς, ἄ-γνωτο-ς, ἀλλό-γνωτο-ς, φυλλο-στρωτο-ς, ἡμί-θνητο-ς, εὔ-κρατο-ς.

Illud autem o finale, in quem sonum, priusquam evanesceret, debilitatum sit, constitni non potest, praesertim cum flexio tertia, in quam haec omnia adjectiva transierunt, vocalis in suffixi fine positae ne minima quidem vestigia ostendat. Attamen non dubitandum est, quin o vocalis, antequam exstingueretur, tenuior fuerit sonus.

Nominum actionis, quae τι suffixi ope formata sunt, tantummodo duo i vocalem amiserunt. Huc pertinet δώς (δωτι-) (Hesiod. Opp. 356). Plenior forma est δῶτι-ς (Curt. Gr. Et. p. 223). Deinde eodem revocandum est νύξ *νυκτι-ς. Cum hoc vocabulo conferenda sunt (Scr.) nakti-s, (Lit.) naktì-s, (Sl.) noš-tĭ. Primigeniam stirpem retinuerunt nomina composita velut νυκτι-λαμπής, νυκτί-πλαγκτο-ς, (Roediger Comp. p. 53). — Omnia alia nomina actionis suffixi τι vocalem servarunt ut μῆτι-ς, φάτι-ς, ἄμπωτι-ς, πύστι-ς, πίστι-ς, δεῖσι-ς, κάθαρσι-ς, λύσι-ς, μίξι-ς, ἀπόδεξι-ς. In lingua Sanscrita illis respondent: gâti-s, mati-s, bhûti-s.

Praeterea huc pertinent substantiva denominativa, quorum suffixum τητ (Dor.) τᾶτ ex tâti (arishtá-tâti-, ajakshmá- tâti-, vasú-tâti-, dêvá-tâti cf. Leo Meyer. II p. 532 sq.) correptum est. Cujus generis nomina sunt ἀλλοιότης (ἀλλοιοτητ-), ἀνδρειότης (ἀνδρειοτητ-,) βραχύτης, ἀξιότης, βιαιότης, δασύτης, κυριότης alia multa. Quae omnia nomina fere CC numero sunt. In nonnullis eorum suffixi

syllaba prior τη (τᾰ) accentu distincta est, quod docent, ut exemplis utar, ἀνδροτῆτα (Hom. Il. 16, 857; 22, 363; 24, 6), δηιοτῆτι, δηιοτῆτα, δηιοτῆτο-ς (Hom. cf. La Roche I. p. 224.), ταχυτῆτος (Hom. Il. 23, 740.), ταχυτῆτα (Od. 17, 315), ταχυτᾶτι (Pind. Isthm. 4, 11 ed Schneid.; Ol. 4, 26.); ταχυτάς (Ol. 1, 95). Idem de substantivo *ποτής ex radice per suffixum τητ formato dicendum est cf. ποτῆτος (Il. 19, 300. Od. 4, 788.), ποτῆτα (Od. 18, 406.).

Ex qua re fortasse cognoscuntur i vocalis exstinctae vestigia.

Eadem vocalis in γάλα nomine post τ sonum interiisse mihi videtur, ita ut glak-ti- formatio (lac *lacti-s) stirps magis primitiva (Curt. Gr. Et. p. 164) putanda sit. —

Nunc agendum est de δ consona.

Sonum δ stirpium in ιδ desinentium (sing. nom. -ίς) primitivum suffixum non esse, sed posteriore aetate ad stirpem accessisse demonstrat Curtius (Gr. Et. p. 584). Is enim δ consonam in hunc fere modum explicat. Vocalis ι genus femininum significans ante plures casuum terminationes a vocalibus incipientes j genuit aeque ac monosyllabae linguae Sanscritae stirpes in î vocalem exeuntes ut bhî stirpis sing. instrum. bhi-j-â, plur. nom. bhi-j-as. — Quae j semivocalis ante se δ sonum genuit. Unde, ut exemplo utar, Θέτιδ-ος ex *Θετιδj-ος, *Θετιj-ος, Θέτι-ος repetendum est. Idem de nominibus ad personas gen. fem. pertinentibus dicendum est. Velut patronymica Πριαμίς, Ταντιαλίς (Priami, Tantali filiae) eodem modo orta sunt, nam vocalis o in stirpis fine posita ab illa vocali ι genus femininum significanti extrusa est cf. (Scr.) Drâupad-î, quod derivatur ex Drupada.

Similis est ratio stirpium αδ syllaba finitarum. Cui rei convenienter, cum illud ι generis feminini inter vocales in j transiret, Βορεάδ-ος, ut exemplum afferam, ex *Βορεαδj-ος, *Βορεαj-ος provenit. Quae δ consona, postquam in casibus obliquis ante j semivocalem sedem obtinuit, in nominativum quoque sing. irrepsit. Ita *Βορεαδι-ς ortum est. Exinde et j in casibus obliquis et ι finale in sing. nominativo evanuit. Denique δ consona ς sono nominativi proprio assimilata α vocalis antecedens correpta est.

Cum qua Curtii sententia id plane convenit, quod omnia nomina huc referenda paucis exceptis genus femininum exhibent. Quo pertinent nomina, quae aut ad personas (patronymica) aut ad civitates aut ad adjectiva aut ad abstracta revocanda sunt: Βορεάς, Κρονιάς, Αὐλωνιάς, Δρυάς, Λεσβιάς, Μαιάς, ὁλκάς, ἱπποφορβάς, ἁμαρτάς, ἱππάς, ἑπτάς, κυκλάς.

Quantopere in usu fuerint nomina hujusmodi apud Graecos, ex eo facile intelligitur, quod exstant circiter CC nomina in άς

desinentia. Ad quae accedunt pauca adjectiva velut ἐθάς, ἠθάς, κυνόσπάς, λογάς, μιγάς, δρομάς, μονάς, ῥυάς, φορβάς, φυγάς, quae cum utrumque genus et masculinum et femininum (interdum neutrum quoque) exhibeant, hac ratione explicari non possunt. Sed cum posterioribus demum temporibus usurpata sint, ea per abusum in cetera quopue genera atque imprimis in masculinum genus transmanasse mihi videntur.

Ex praecedentibus patet, in lingua Graeca vocalem in stirpis terminatione positam exstinctam esse in sing. nominativo post tres tantum consonas τ, δ, λ. —

Sequitur, ut de aetate, qua vocales illae perierint, disseram. Quam exstinctionem a priscis temporibus repetendam esse, ex eo quod deletae vocales in flexione non jam inveniuntur, facile perspicitur. Et nomina quidem τητι suffixi ope formata vetustissima aetate ι vocali privari coepta esse, inde elucet, quod idem suffixum in lingua Sanscrita saepius deminutum est. In ea enim lingua exstant stirpes decurtatae ut dêvátât-, upárátât-, vrkátât- (Leo. Meyer. l. c.). Simile quid de adjectivis, quae ex participiis passivi per suffixum το formatis orta sunt, judicandum est, etenim nonnulla eorum jam apud Homerum traduntur. Itemque veterrimis tribuenda sunt temporibus et nomina in άς syllabam desinentia et nomina ἅλς, νύξ, γάλα, pleniores enim formae desunt. Sed Hesiodeum illud δώς, cum δῶτι-ς antiquior forma inveniatur, posteriore aetate correptum esse mihi videtur. —

Transeo ad linguas Italicas. Antequam vero ad singulas voces tractandas aggrediar, quae causae ad stirpis terminationem cognoscendam magis minusve valeant breviter exponam. Ac primum quidem agendum est de casibus obliquis. Non quaeritur de eis nominibus, quae flexionem in o secuntur, nam quae nomina huc referenda sunt, ea omnia stirpes in vocales desinentes exhibent, sed de eis, quae ad tertiam declinationem pertinent, in hac enim stirpes et consonis et vocalibus terminatae saepenumero inter se commiscentur. In lingua Latina exstat unus casus, sing. accusativus in im desinens, cui stirpem i vocali finitam subjectam esse constat. Quodsi Gustavus Mayerus (Stud. V p. 49) dicit, a plur. accasativo in îs *ins desinenti stirpem i vocali terminatam sine dubio repeti posse, huic casui nimium tribuere mihi videtur, nam etsi concedendum est, non solum îs formationem plur. accusativi primitus ad stirpes i vocali finitas rovocandam esse, sed etiam re vera multo majorem accusativorum ejusmodi numerum ex eisdem stirpibus esse derivatum, saepius tamen traduntur plur. accusativi in îs, quorum stirpes in consonas desinunt Et cum apud Plautum (meliorum codicum auctoritate) interdum tales formae inveniantur,

quod demonstrant, ut exempla afferam, amantî-s (mil. glor. 139), osculantî-s (ib. 176), imprudentî-s (ib. 432), obedientî-s (ib. 611), exeuntî-s (ib. 1136), compedî-s (Pers. 5, 2, 9), illas formas jam antiquioribus temporibus in flexionem i vocali terminatam transire coepisse apparet. Similes formae traduntur apud Terentium ut meretricî-s (Eun. Prol. 37), cicatricî-s (Eun. 3, 2, 29), parentî-s (Heaut. 5, 4, 4). Ac media quidem Latinitatis aetate exempla ejusmodi saepius exstant: lucî-s, exstispicî-s, cervicî-s, sapientî-s, impendentî-s, ardentî-s, potentî-s, rudentî-s, urbî-s, paludî-s, duplicî-s, teretî-s, veterî-s, frequentî-s, feracî-s, rapacî-s, ferocî-s, sequacî-s, felicî-s (Varr., Manil., Cic., Virg., cf. Nevium I p. 260., II. p. 60).

Simile quid dicendum est de forma eis, in quam terminatio îs plur. accusativi, antequam in flexionem consona finitam transiret, mutata est, nam eandem terminationem interdum stirpes in consonas desinentes acceperunt ut saltantei-s, docentei-s, ferientei-s, ferociorei-s, sanctiorei-s, faciliorei-s, pejorei-s, meliorei-s, majorei-s (Stilo, Caecil. et Cic. cf. Plin. Charisio auctore Gramat. Latin. I. p 129, 130, 137).

Multo crebrius stirpes consonis finitae plur. genitivos in ium et nominativos vel accusativos gen. neutr. in ia desinentes exhibent. Ejusmodi exempla sunt sapienti-um, prudenti-um adulescenti-um, parenti-um, animanti-um, infanti-um, audaci-um, fallaci-um, edaci-um, simplici-um; feren, ti-a, frequenti-a, impudenti-a, constanti-a, capaci-a- efficaci-a, rapaci-a alia multa (Neue I p. 272, 273. II p. 51—57).

Itaque praesertim cum hoc tantum mea intersit, ut proferam nomina ea, de quorum stirpe i vocali finita dubitari non potest, in his casibus tantam vim auctoritatemque, quibus sine ulla dubitatione fides habeatur, non inesse censeo, sed tamen hi satis idonei sunt, quibus praeterea confirmetur stirpem in vocalem desinere. Sing. ablativus autem i vocali terminatus, cum creberrime in hoc casu nomina, quae ad declinationem in consonam desinentem referenda sunt, in flexionem i vocali terminatam transeant, prorsus omittendus mihi videtur.

Aliae causae accedant oportet. Eae praecipue repetendae sunt non solum ab antiquioribus plenioribusque sing. nominativi formis, sed etiam a quibusdam suffixis, quorum ope nomina huc referenda formata sunt. — In lingua Umbrica sing. et accusativus

et ablativus flexionis i vocali et consona terminatae inter se differunt. Nam, ut exemplo utar, acc. et abl. ukar (ocar) nominis flexionem in i sequentis sunt (U. Spr. I. p. 124, 126) ukre-m, ocre-m, ukri, ocri, ocrei (ocre), cum eidem casus kvestur (questur) nominis ad declinationem consona finitam pertinentis sonent kvesturu, questuro; kvesture, questure.

De linguae Oscae casibus obliquis tertiae flexionis certi quidquam pronunciare non ausim. Postrimo addo, in his duabus linguis ex nominibus cum similibus Latinis collatis stirpem vocali finitam facile conjici.

Etiam in lingua Latina maxime post dentales consonas vocales in stirpes terminatione positae interierunt. Ac primum quidem disseratur de paucis adjectivis per suffixum to formatis, quae primitus participia passivi fuerunt. Velut damnas (Quinct. 7, 9, 9 et 12 ex XII tab.) correptum est ex *damnato-s. Eandem vocalem in i debilitatam — id quod flexio docet — amiserunt nomina mansues (Acc. ap. Non. VIII p. 483), inquies (Tac. Liv.) irrequies (Auson. cf. Nevium II p. 72; Paul. Nol. Carm. 5, 16). Fortasse alia similia nomina addenda sunt Sed cum eorum tantummodo casus obliqui tradantur ut Sanates, Sanatibus (Fest. XVIII p. 321; Gell. 16, 10 ex XII tab.), indigetem, indigetes (cujus nominis compositi posteriorem partem Leo Meyerus (II p. 30) rectissime cum Homerico illo τηλύ-γετο-ς confert), quietem, quietes, dijudicari non potest, utrum sing. nominativi ut *quies, *indiges, *sanas re vera olim exstiterint necne. Pleniores formae sunt damnatu-s, quietu-s, inquietu-s, irrequietu-s, sanatu-s.

Ad quae accedit puls, quod substantivum conferendum est cum Graeco πολτό-ς. — Praeterea ti suffixi vocalis interiit in nominibus dîs, lac (lact), nam utraque forma invenitur cf. Schuch. II p. 388; lens. Integrum suffixum servarunt et pleniores sing. nominativi ut diti-s, dite (saepius), lacte (Pl. Merc. 5, 9, 30 cf., Prisc. I p. 212 H. — Enn. Caecil. Varr. Cass. Hem. ap. Non. VIII p. 483), lenti-s (quam formam antiquiorem fuisse testatur Priscianus I pag. 341 H.) et casus obliqui ut lenti-m (Cato R. R. 35. 116. 132. — Varr. ap. Char. p. 126 K.), diti-a (Neue II p. 51). Commemorandum est denique vocabulum sat ex satis correptum. Quod adjectivum indeclinabile pro adverbio in usu est.

Post eandem consonam i vocalis in stirpis fine collocata eorum nominum, quae ti suffixi denominativi ope ex tâ = τη debilitati formata sunt, periit. Quo pertinent nomina gentilia et quae

sunt similia velut Antias, Aquinas, Anxuras, Arpinas, Atrebas, Arupinas, Atinas (Frontin. de col. p. 109), Asprenas, Capenas, Casinas, Fidenas, Frusinas, Larinas, Lenas, Privernas, Urbinas, Quiris, Samnis, Acheruns, Aruns, Laurens, Vejens, Tiburs (Neue II p. 9). Huc accedit parvus appellativorum numerus. Ejusmodi exempla sunt cuias (Prisc. I p. 595 H.; II p. 122 H), infernas, nostras (Colum. 5, 6, 3; 9, 4, 6), optimas (Prisc. I. p. 118 H. p. 587 H.), summas (Sidon. Ep. 9, 6), supernas (Macr. Sat. 2, 4), vestras (Char. p. 561 K.). Saepius antiquiores sing. nominativi servati sunt ut Arpinati-s (Cato ap. Prisc. I p. 337 H.), Capenati-s (ibid), Ferentinati-s (Titin. ap. Prisc. I p. 129 H.), Stellati-s (Cic. Agrar. 2, 31; 1, 7), Samnitis (Prisc. I p. 133 H. teste Capro. — Cato ap. eund. l. c.). — Laurenti-s (Prisc. I p. 134 H. teste Capro), Tiburti-s (ibid), cuiati-s (Plaut. Enn. Cic. Appul. Met.), nostrati-s (Cass. Hem. ap. Prisc. I p. 587 H.), Belbinati-s (Liv. 38, 34, 8), Sarsinati-s (Pl. Most. 3, 2, 83). Etiam in nonnullis casibus obliquis i vocalis in stirpis terminatione posita apparet, quod docent, ut exemplis utar, Antiatî-s, Arpinatî-s, optimatîs, Laurentî-s; Antiati-um, Apollinati-um, Aquinati-um, Ardeati-um, Nantuati-um, Capenati-um, Fidenati-um, Casinati-um, Privenati-um, Sentinati-um, Samniti-um, Quiriti-um, nostrati-um, optimati-um; Larinati-a, Privernati-a, Ravennati-a, Laurenti-a, Tiburti-a (Neue II p. 51—60). Postremo Priscianus saepenumero narrat pronunciari Arpinâs, Capenâs, Crotoniâs, Larinâs, Lenâs, Menâs, Ravennâs, optimâs, nostrâs, vestrâs, primâs. Ex quo facile intelligitur, accentum, qui ante vocalem finalem excisam in paenultima syllaba positus est, vocali illa exstincta per longum tempus in eadem permansisse.

Quod suffixum in Graeca quoque lingua occurrit=τη cf. δημότης, εὐνέτη-ς, φυλέτη-ς, ἡλικιώτη-ς, ὀρειτώη-ς, Νιτριώτη-ς, πολίτη-ς, νησίτη-ς, ἀκτίτη-ς. Eadem i vocalis exstat in adjectivis derivatis, quae per suffixum tico formata sunt (Budenz. Suff. κος p. 9). Quibus, quod „agresti-s, caelesti-s" docent, nomina: *aquati-s, *domesti-s cf. aquaticu-s, domesticu-s alia subjicienda sunt. Ejusmodi adjectiva (-τικο-ς) e nominibus in της desinentibus ducta Graeca quoque lingua exhibet. Leo Meyerus (II p. 528) similes addit formas e lingua Latina: fluviati-li-s, furiati-li-s.

Antequam ad nomina et agentis et actionis ti suffixi ope formata transgrediar, de nominibus in es (gen. -iti-s) desinentibus, quae a Waltero (K. Zt. IX p. 194) accuratius tractata sunt, paucis

exponere mihi libet. Ille quidem eo nisus, quod eques Graeco illi ἱππότη-ς respondere videtur, in nominibus es syllaba terminatis idem suffixum denominativum, de quo supra disserui, olim fuisse dicit. Sed ea sententia, praesertim cum vocalis in stirpis fine positae ne minima quidem vestigia exstent, mihi displicet. Licet enim quispiam dixerit, vocalem in illis nominibus tam antiquis temporibus exstinctam esse, ut nullo loco servata esset, tamen ei rei obstat permagna similium nominum multitudo, quam lingua Graeca exhibet. Concedendum quidem est, posse conferri „eques" cum „ἱππότη-ς", sed nihil est, quod ut ita statuamus, nos cogat. Immo vero explicatio, quam Boppius (l. c. p. 132) de eques *equits profert, omnino probanda est. Praeterea quoque hac de re evolvas Curtium (De nom. Graec. form. p. 10), Leo. Meyer. (II p. 99), Pottium (Et. F. I p. 201).

Idem suffixum ti in sermone Latino vulgari exidit. Velut inveniuntur Euphras, Mithridas (Schuch. III p. 287).

Venio ad nomina et agentis et actionis ti suffixo finita. In quibus suffixi vocalis evanuit.

Nominum agentis in lingua Latina exiguae tantum reliquiae traduntur. Quo pertinet com-pos, im-pos adjectivorum compositorum posterior pars pos, quae ex poti-s (multis locis) = πόσι-ς (Scr.) pati-s correpta est. Eodem revocandum est sacerdos = *sacrodos ie. qui sacrum dat. Suffixum ti servavit plur. genitivus sacerdoti-um. Adjungo pleniores formas: hosti-s, testi-s. Etiam in lingua Graeca nomina ejusmodi exstant: μάντι-ς, μάρπτι-ς, Σίντι-ς, Φίντι-ς, κάσι-ς. In lingua Sanscrita eis respondent: jati-s, ǵnâti-s.

At multo major est numerus nominum actionis vocali in stirpis fine posita privatorum. Quo referenda sunt ars (arti-fex), dos = δώς, fors, gens (γένεσι-ς, Lit. gim-ti-s, genti-s, Scr. gâ-ti-s cf. Curt. Gr. Et. p. 166), mens (Scr. ma-tis, Lit. at-min-ti-s, Slv. pa-mę-tĭ cf. Curt. l. c. p. 291), mors (Scr. mr-ti-s, Lit. smèr-ti-s, Slv. sumrŭ-tĭ cf. Curt. p. 309), nox (Vocabula in linguis propinquis huic respondentia jam supra commemoravi), pars, sors. Suffixum ti integrum non solum servarunt antiquiores sing. nominativi velut menti-s (Enn. ap. Varr. L. L. 4, 10 cf. Prisc. I p. 341 H.), nocti-s, (Enn. Frgm. v. 92 ed. Vahlen ap. Cic. Div. I p. 48 cf. Linker. Jahns Jahrb. 98, 714), sorti-s (Plaut. Cas. 2, 6, 28 ap. Prisc. I p. 320 H.), sed etiam nonnulli casus obliqui velut parti-m (Lucr. 6, 87, 383), partî-s, noctî-s, mortî-s, sortî-s; arti-um, doti-um, genti-um, menti-um, morti-um, parti-um sorti-um (Neue I p. 259. 278). Eodem pertinent adjectiva ex illis substantivis actionis derivata: iners,

sollers, ingens, clemens, amens, demens, expers, pernox, consors, dissors, exsors. Suffixum ti saepe in flexione quidem apparet, quod demonstrant: inertî-s, ingentî-s, exsortî-s; sollerti-a, inerti-a, ingenti-a, amenti-a, dementi-a, consorti-a, exsorti-a, experti-a; inerti-um, ingenti-um, amenti-um (Neue II p. 49. 52. 59.), sed num haec omnia adjectiva olim re vera in sing. nominativo ti suffixum habuerint, difficile est ad constituendum, etenim pleniores sing. nominativi desunt. Quodsi cogitamus, ex nominibus actionis ea derivata esse, multa eorum orta esse videntur eo tempore, quo i vocalis in nominibus actionis jam pridem exstincta erat. Nomina actionis, quorum tantummodo antiquior sing. nominativus in tis desinens exstat, perpauca inveniuntur: messi-s *mesti-s, pestis.

At permulta adverbia, quae vetustissimis temporibus sing. accusativi fuerant, ti suffixum servarunt ut singillati-m, stati-m, voluti-m, affati-m, stricti-m, carpti-m, contempti-m, confesti-m, tracti-m, parti-m, conferti-m. Eodem suffixo addito formata sunt multa alia nomina derivata: cocti-o, stati-o, nati-o, serviti-um. — De similibus linguarum et Graecae et Sanscritae nominibus jam supra actum est.

Eodem pertinent substantiva denominativa ea, in quibus tât suffixum ex tâti correptum esse apparet. Nomina talia sunt aetas, affinitas, calamitas, civitas, cupiditas, difficultas, facultas, hereditas, immunitas, iniquitas, levitas, necessitas, gravitas, potestas, siccitas, simultas, sublimitas, tempestas, utilitas, vastitas, voluptas, alia multa. Quo referenda sunt circiter CCCC nomina. Pleniores sing. nominativi formae non traduntur, sed tâti suffixum facile cognoscitur ex nonullis casibus obliquis ut civitatîs, hereditatî-s, levitatî-s, utilitatî-s, vastitatî-s, aevitatî-s; aetati-um, affinitati-um, calamitati-um, civitati-um, cupiditati-um, difficultati-um, extremitati-um, facultati-um, hereditati-um, immunitati-um, iniquitati-um, necessitati-um, potestati-um, siccitati-um, simultati-um, tempesta-ti-um, utilitati-um, voluptati-um (Neue I p 275). De eis quoque nominibus, quae his in linguis et Sanscrita et Graeca respondent, jam antea disserui.

Per idem suffixum ti nisi quod tâti suffixi tû praecedit, formata sunt nomina juventus, senectus, servitus, virtus. Casuum obliquorum, ex quibus primitiva suffixi species cognoscitur, pauci servati sunt velut (Neue l. c.) servituti-um, virtuti-um, virtutî-s. —

Ex lingua Umbrica huc pertinent nonnulla adjectiva, quae olim participa passivi fuerunt.. Ejusmodi exempla sunt (Umbr. Sprachd. II. p. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16. 18. 389.) taçez (tases, tasis) = tacitu-s, pernis sive pesnis (hoc adjectivum idem valet quod precatus), pihaz (pihos) = piatu-s, kunikaz (conegos), stakaz, emps = emptu-s, termnas = terminatu-s. Praeterea suffixi ti denominativi nominibus gentilibus formandis inservientis vocalis ejecta est in nomine Casilos (U. Sp. II p. 19.) *Casilati-s.

In lingua Osca unum vocabulum hùrz (Unterital. Dial. p. 129. 163.) = hortu-s to suffixi vocalem amisit. —

Nunc agendum est de **d** media. Post quam consonam vocalis in stirpe exeunte collocata in sing. nonimativo raro elisa esse mihi videtur. Quo referenda sunt adjectiva **i** suffixo addito ex nomine cor derivata: concors, discors, excors, misericors, socors, vecors. Praeterquam quod pleniores sing. nominativi formae traduntur ut concordi-s apud Caecil. in Cratino cf. Prisc. I p. 282 H., — discordi-s ap. Pemponium cf. Prisc. l. c., vocalis **i** occurrit in discordi-um, misericordi-um, vecordi-um, concordi-a (Neue II p. 49. 52). — Num frons nomen huc revocandum sit, dubitari potest, nam etsi (Neue I p. 146) Servio ad V. G. 2, 372. auctore antiquiores frondi-s in sing. nominativo dixerunt, tamen Varro (R. R. 1, 24. 3 et Charisio teste) formam fros affert. Quae cum ita sint, plur. genitions frondi-um, quem quidem creberrime scriptum videmus, fortasse non primarius est, sed posteriorc aetate transitu in flexionem **i** vocali terminatam ortus.

Postremo totum suffixum io una cum **m** sono casum significanti periit in gau (Enn. Ann. 34.) = gaudiu-m. Quod vocabulum aeque ac do sing. acc., de quo postea disserendum erit, Schuchardtius (III p. 387.) non male vocat „poetische Spielereien“.

Transeo ad consonas liquidas. Etiam post hos sonos vocalis in stirpis fine posita saepissime periit. Ac primum quidem disputandum est de **r** consona. Post quam **o** vocalis in stirpis terminatione collacata interiit in sing. nominativo multorum nominum, quae flexionem in **o** desinentem secuntur. Huc pertinent nomina, in quibus suffixum ero correptum est. Qualia sunt asper, gener, gibber (Plin. H. N. 34, 3. 6.), lacer (λακερό-ς), lîber, lîber (subst.), Lîber, infer, super (Cato R. R. 149.), prosper (Don. ap Prisc. I p. 225 H.), puer, tener. Ejusdem suffixi ex uro debilitati **o** vocalis exstincta est in socer (Scr. çvaçura-s, Gr. ἑκυρό-ς, Lit. szészura-s, Slv. svekrŭ). Ad

quae accedunt nomina r o suffixi ope formata. Qualia sunt a e g e r, a g e r (Scr. a ǵ r a - s, Gr. ἀγρό-ς), a p e r, a t e r, c a p e r (κάπρο-ς), g l a b e r, l ĭ b e r, m a c e r, n i g e r, p i g e r, p u l c h e r, r u b e r (ἐρυθρό-ς). Ex lingua Umbrica huc referendus est plur. acc. r u f r u (cf. U. Spr. II p. 12.), s c a b e r, t e t e r, v a f e r, a r b i t e r, c u l t e r, s a c e r (cujus vocabuli paucis locis cf. Nevium II p. 72 sing. accusativus s a c r e m invenitur). Adjungo nomen s c a l p e r (Cels. 8, 3, 4.), quod posteriore tempore in usu est pro pleniore s c a l p r u - m. Praeterea huc revocanda sunt nomina per suffixum t e r o formata velut a d u l t e r, e x t e r, c i t e r, d e x t e r (δεξιτερό-ς), m a g i s t e r, m i n i s t e r. Quibus addo pronomina a l t e r, n o s t e r, v e s t e r, u t e r (πότερο-ς, κότερο-ς ex rec. Jon.), n e u t e r. Suffixum b r o *b e r o decurtatum inest in c r e b e r et f a b e r nominibus. Deinde huc pertinent f i b e r (fibro-) = Lit. b é b r u - s (Curt. Gr. Et. p. 285.), c o l u b e r (colubro-), c a n d e l a b e r (candelabro-) nomen ex c a n d e l a derivatum. Secuntur adjectiva in - f e r et - g e r desinentia, in quibus suffixum o periit. Cujusmodi exempla sunt a e s t i f e r, a n g u i f e r, a q u i l i f e r, a n n i f e r, a u r i f e r, b i p e n n i f e r, b l a t t i f e r, c a d u c i f e r, c a e l i f e r, a r m i f e r, c u p r e s s i v e r, d a p i f e r, e n s i f e r, f e t i f e r, f l a g r i f e r, f u m i f e r, h o r r i f e r, i g n i f e r, i m a g i n i f e r, l e g i f e r, l u c i f e r, l u c t i f e r, m e l l i f e r, o p i f e r, p a v i f e r, p e s t i f e r, p o m i f e r, p o p u l i f e r, s a l u t i f e r, s e m i f e r, s i g n i f e r, s p u m i f e r, t r i d e n t i f e r, u v i f e r, v i n i f e r; a l i g e r, a r m i g e r, c o r n i g e r, e n s i g e r, f l a m m i g e r, l a n i g e r, p e n n i g e r, p i n i g e r, s e t i g e r, s i l v i g e r, s o r t i g e r.

Praetera huc referenda sunt v i r viro- (Scr. v î r a - s, Lit. v ý r a - s) cum nominibus compositis et l ê v i r leviro- (Scr. d ê v a r a - s, Slv. d e v e r ŭ, Lit. d ë v e r ì - s). Postremo commemorandum est nomen s a t u r (Ter. Ad. 5, 1, 3) per suffixum u r o formatum. Plura eorum nominum, quae modo enumeravi, pleniores sing. nominativos exhibent ut i n f e r u - s s u p e r u - s (Liv. Andr. ap. Prisc. I p. 96 H.), p r o s p e r u - s (Cic. ap. Prisc. I. p. 225 H.), s o c e r u - s (Pl. Men. 5, 5, 54; 5, 7, 56; Cas. 4, 2, 18), e x t e r u - s (Neue II p. 25), r u b r u - s (Solin. 40, — sed dubium est, utrum haec forma re vera antiquior sit, an de integro formata —), m o r t i f e r u - s (Cels. 5, 26, 22), p e s t i f e r u - s (Cels. 2, 6), m o r i g e r u - s (Plaut. saepius cf. Nevium II p. 2), a r m i g e r u - s (In posterioris quidem aetatis inscriptione ap. Or. 3631). —

Venio ad ea nomina, quae ex aliis linguis deprompta sunt. Quo pertinent a l a b a s t e r ap. Cic. Frgm. cf. Non. 15, 545 (ἀλάβαστρο-ς

ἀλάβαστρο-ν), archiater = ἀρχίατρο-ς (Inscr. ap. Grut, 632, 5) onager = ὄναγρο-ς (Formam onagrus tradit Varr. R. R. 2, 6), conger vel gonger = κόγγρο-ς vel γόγγρο-ς (In not. Tir. p. 182 legitur congru-s), scomber (Neue I p. 78) = σκόμβρο-ς, Nicepor vel Nicephor = Νικηφόρο-ς (Plenior sing. nominativi forma saepius invenitur cf. Nicephoru-s — C. J. L. I 1129, 1539 e. II 239. Niceporu-s — C. J. L. I 1033, 1102), austêr = αὐστηρό-ς ap. Scribon. 188 (Usitata forma est austêru-s). Secuntur nonnulla nomina cum-meter (metro-) composita. Talia sunt centi-meter, dimeter = δί-μετρο-ς, hexameter = ἑξά-μετρο-ς, multi-meter, penta-meter = πεντά-μετρο-ς, tri-meter = τρί-μετρο-ς, tetra-meter = τετράμετρο-ς. De plenioribus sing. nom. formis di-metru-s, tri-metru-s, tetra-metru-s, hexametru-s, pentametru-s cf. Nevium I p. 78).

Praeterea huc referenda sunt Teucer = Τεῦκρο-ς (Sing. nominativus us syllaba finitus legitur ap. Virg. A. 3, 108), Antipater = Ἀντίπατρο-ς (Antipatru-s cf. Inscr. Or. 4727), Meleager (Prisc. I p. 224 H.) = Μελέαγρο-ς. (Haec forma Meleagro-s invenitur ap. Ovid. Met. 8, 515. Quorum similes sunt formae nominum et substantivorum et adjectivorum, quae et ad flumina et ad nationes pertinent. Ister vel Hister = Ἴστρο-ς, Tanager, Calaber, Cantaber, Cimber, Umber, Afer, Venaver, Trevir. Haec nomina utrum unquam habuerint sing. nominativum us syllaba finitum necne, in medio relinquo, quoniam praeter Ἴστρο-ς talis nominativus non invenitur.

Ad quae accedunt nonnulla nomina cum -ander (-ανδρο-) composita: Alexander = Ἀλέξανδρο-ς (Alexandru-s forma invenitur ap. Marin. atti p. 2155), Euander = Εὔανδρο-ς (Euandru-s sing. nominativus exstat ap. Virg. A. 8, 185. 100. 545. 585.), Maeander = Μαίανδρο-ς (Maeandro-s saepius legitur ap. Ov. cf. Nevium I pag. 127), Menander = Μένανδρο-ς (Pleniorem sing. nominativum exhibent Ov. Am. 1, 15, 17: Menandro-s et Vell. 1, 16: Menandru-s) Nicander (Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 274, 4) = Νίκανδρο-ς. Aliae pleniores formae ejusmodi sunt Aristandru-s (Aristandro-s), Thessandru-s, Leandru-s, Periandru-s, Pisandru-s (Pisandro-s), Anaximandro-s (Neue I p. 77. 129).

Quibus adnumero calamister nomen ex (κάλαμος) calamus derivatum (calamister legitur apud plerosque scriptores, calamistru-s apud quosdam cf. Forc. p. 362). His addenda sunt pauca nomina cum -aster (-astro-) composita, quorum posterior quidem pars a lingua Latina abhorret: Antoniaster (Cic. pro Var. ap. Prisc. I

p. 112 H.), catulaster (Prisc. I. p. 114. 127 H.), oleaster, parasitaster, pinaster (Plin. 16, 10, 16), surdaster (Cic. Tusc. 5, 40). Quorum nominum cum posteriore demum tempore derivata sint, num unquam plenior sing. nominativi forma in usu fuerit, dubium esse mihi videtur. —

De vocalis in omnibus nominibus aliunde sumptis exstinctae ratione posthac disseram. — Secuntur nonnulla nomina, quae tamtummodo pleniorem sing. nominativi formam ostendunt. Cujusmodi exempla sunt humeru-s, numeru-s. Ad quae accedunt nomina ex lingua Graeca deprompta: Codru-s (Κόδρο-ς), Hebru-s (Ἕβρο-ς), amphimacru-s (ἀμφίμακρο-ς), Hesperu-s (Ἕσπερο-ς), icteru-s (ἴκτερο-ς). Praeterea huc pertinent multa nomina suffixis êro, ûro formata velut proceru-s, sinceru-s, maturu-s. —

Eadem vocalis in i extenuata interiit in sing. nominativo multorum nominum r consona finitorum, quae partim flexiones et in o et in i desinentes partim solam flexionem i vocali terminatam secuntur. Velut suffixum o nomen pauper amisit. Forma parus, ex qua posterior pars nominis pauper orta est, traditur in vocabulo composito opi-paru-s (Neue II p. 71). Idem suffixum deletum est in nomine par cum nominibus compositis (com-par, dis-par, im-par). Deinde huc pertinet celer nomen formatum per suffixum eri ex ero debilitatum. Aliquanto major est numerus eorum nominum decurtatorum, in quibus suffixum ri ex ro extenuatum est. Talia sunt acer (Scr. akras, -açras, Gr. ἄκρο-ς. — Ex lingua Latina eodem revocandum est *ocri-s = mons, quam sing. nominativi formam fuisse ex casibus obliquis ocri-m, ocrî-s ap. Liv. Andr. cf. Fest XIII p. 181 servatis necessario conjicitur. De vocabulo Umbrico ukar illi respondenti postea dicputandum erit), pereger, imber (ὄμβρο-ς), vesper (ἕσπρο-ς Aeol. Ϝέσπερε cf. Ahr. Dial. Aeol p. 32) cancer. Quibus adnumeranda sunt adjectiva, quorum suffixum cri ex cro, cero deminutum est: alacer, volucer. Itemque suffixum bri ex bro, bero extenuatum subest nominibus celeber, Mulciber, saluber, November, December, October, September. Secuntur adjectiva, in quibus vocalis finalis suffixi tri ex tro, tero debilitati evanuit. Qualia sunt campester, equester, paluster, pedester, sequester, silvester, terrester. Ad quae accedunt uter (utero-) et puter (putri-, putro-). Postremo addantur nomina vultur et turtur per suffixum ûri ex ûro extenuatum orta. —

In quibus omnibus nominibus vocalem in stirpe exeunte

positam exstinctam esse testimonio sunt permultae pleniores formae. Velut (Neue I p. 549. II p. 8, 69.) traduntur pauperorum, paupera, acrum, acrâ; Mulciberi vel Mulcibri, Mulcibero; silvestro, Decembro, uteru-s, uteru-m, utero, volturu-s (Enn. ap. Char. p. 147. K. Prisc. I p. 206. H.). Nominum sequester, vesper, cancer flexio in o vocalem desinens saepius invenitur. Multo crebrius vocalis i in stirpis fine collocata permansit. Cui rei demonstrandae documento potissimum sunt pleniores sing. nominativi formae: pari-s (g f), celeri-s (c), acri-s (c), celebri-s (g f), Novembri-s (Cato ap. Prisc. I p. 230 H.), salubri-s (c), palustri-s (g m), campestri-s (c), equestri-s (g f), pedestri-s (c), sequestri-s (g m), silvestri-s (g f). terrestri-s (c), putri-s (c), turturi-s (Neue I p. 174. II p. 5. 6. 7.).

Hinc elucet, praecipue genus femininum i vocalem in sing. nominativo retinuisse. Praeterea stirps magis primitiva facile cognoscitur ex his casibus obliquis. Quo pertinent (Neue I p. 259. 270. 549. II p. 22. 23. 24. 50. 53.): (plur. acc.) celerî-s, acrî-s, salubrî-s, imbrî-s; (plur. nom. gen. neutr.) pari-a, dispari-a, impari-a, celeri-a, acri-a, volucri-a, celebri-a (Gell. 7, 7.), salubri-a, campestri-a (Hor. Ep. 1, 18, 54.), equestri-a, pedestri-a (Fest. XVI p. 245, Nep. Iph. 1.), silvestri-a (Val. Fl. 8, 252.), terrestri-a, utri-a (Lucil. ap. Non. III p. 231.), putri-a (Ov. Met. 7, 585.); (plur. gen.) pari-um, acri-um, volucri-um, salubri-um, campestri-um, equestri-um, silvestri-um, terrestri-um (Cic. N. D. 2, 30.), palustri-um, imbri-um, utri-um. Eadem i vocalis in e deminuta vel conturbata apparet in sing. nominativo vel accusativo gen. neutr. Qualia sunt celere (Ter. Phorm. 1, 4, 1.), acre, alacre, volucre, celebre (Liv. 4, 53.), campestre, pedestre, terrestre.

At negari non potest, interdum (Neue II p. 23. 53.) inveniri flexionem consona terminatam.

Venio ad nonnulla nomina ex aliis linguis repetita. Huc referendum est Insuber (Liv. 22, 6. — Cic. Frgm. Piso. ap. Ascon.) Vocalem i exhibet Insubri-um (Neue I p. 270). Ad quae accedunt pauca nomina ex lingua Graeca deprompta ut carcer (Ter. Phorm. 2, 3, 26.) correptum ex κάρκαρο-ν, siser idem quod σίσαρο-ν (Pl. 19, 4, 22.), laser = λασάριο-ν (Pl. 19, 3, 15; 22, 23, 49.).

Nomina cum -por (= puer *pover) composita ut Gaipor (Fest. XV p. 257.), Olipor (C. I. L. 1 1034. 1386.), Publipor

(Sall. Hist. ap. Prisc. I p. 236 H.), Quintipor (Fest. p. 257. — Varr. ap. Non. VI p. 448.), Marcipor (Fest. p. 257.) omittenda esse puto, quod in eis ipsis vocalem in stirpis fine positam exstinctam haudquaquam ostendi potest.

Secuntur adjectiva non correpta. Quo pertinent adjectiva per suffixa bri et tri extenuata ex bro, bero et tro, tero formata velut muliebri-s, lugubri-s, funebri-s, sublustri-s, tellustri-s lanestri-s semestri-s (Neue II p. 7).

Jam vero quaeritur, utrum vocalis in stirpis fine posita syncopam an apocopam passa sit. Non quidem potest negari s consonam sing. nominativi propriam vetustissimis temporibus adeo obscure pronunciatam esse, ut saepissime non scriberetur, quod docent exempla ea, quae in monumentis priscae Latinitatis (Corss. I^2 p. 286.) inveniuntur:

Cornelio (C. J. L. I, 3.), Herenio (ib.) Atilio (Arch., Anz. 1863. p. 71. 77. — Bull. 1866. p. 243 n. 7; p. 244 n. 8), Gabinio (Arch. Anz. 1863. p. 72. — Bull. 1866. p. 242. n. 1; p. 243 n. 4. 6), Galeno (C. J. L. I, 4). — Praeterea multa alia nomina huc referenda sunt. — Sed in his omnibus nominibus s sonus postea restitutus est cf. Corneliu-s, Herenniu-s, Atiliu-s, Gabiniu-s, Galenu-s. — Quod si in stirpis ro syllaba finitas quadraret, mirum esset, quod non omnia ejusmodi vocabula eundem s sonum recuperassent. Quod non factum est.

Huc accedit, quod in permagno illo numero perpauca tantum nomina in rus syllabam desinentia, in quibus s consona sing. nominativi abjecta est, exstent eademque excepto uno vocabulo posteriori tribuenda sunt aetati:

Philarguru (C.J.L. I, 729. — 59 a Chr.) = Philarguru-s.
Floru (Garr. Graff. Pomp. XXVII, 6) = Floru-s.
Dejotaru (R. I Dac. A. M. 513) = Dejotaru-s.
Theodoru (Bull. Nap. n. 5. III p. 185) = Theodoru-s.
Usoro (C. J. L. I p. 158) = Usoru-s.

Sed cum novissima plenioris formationis vestigia apud Plautum relicta sint, vocalem multo ante exstinctam esse verisimile est quam s sonus in sing. nominativo aliarum stirpium in o desinentium, cum minus clare pronunciaretur, perire inciperet. Adde similes sonorum complexiones intermediae vocalis syncopa ortas veluti Campans, termins, Cessorius. Praeterea forma Sevêrs a Schuchardtio (III p. 286) ablata, si quidem recte se habet, ad sententiam meam comprobandam multum valet.

Ex quibus omnibus causis o vocalis syncopa affecta esse mihi videtur. Eâque ejecta s consona sing. nominativi, praesertim cum rs sonorum complexio multo durior esset, quam ut ab Italis

diu tolerari ac perferri posset, **r** consonae pracedenti assimilata est. Quo facto paullo post **r** ex rr sonis decurtatum est aeque atque in lingua Gotica *vaírr ad vaír, *gabaúrr ad gabaúr, stiurr ad stiur revocanda sunt.

Sequitur, ut disseramus, utrum **o** vocalis, priusquam periret, in **i** vocalem attenuata sit necne? Mea quidem sententia vocalis illa exstincta est hac ratione. Post illud tempus, quo Italorum Graecorumque linguae etiam tum inter se conjunctae erant, omnes Italorum dialecti **o** vocalem aliquamdiu servarunt. Exin paullatim **o** vocalis, cum quodammodo ad **u** sonum obscuriorem inclinaret, in ů vocalem quandam intermediam transiit. Quod testatur lingua Osca, nam in vetustissimis ejus monumentis inveniuntur exempla, quae vocalem ú = ů exhibent ut húrz = (Lat.) hortu-s. Quae vocalis **o** in lingua Latina in omnibus eis nominibus, quae aut ad normam declinationis et in **o** et in **i** desinentis flectuntur aut plane flexionem **i** vocali terminatam secuntur, paullatim ad **i** inclinavit ac postremo in eam transgressa est. Quae extenuatio in aliis quoque vocabulis non rara est ut in superlativis optimus pro optumus, maximus pro maxumus, proximus pro proxumus, lacrima pro lacruma, ille pro ollus, olle. — At in omnibus eis nominibus, quae ad secundam flexionem revocanda sunt, ů vocalis ipsa deleta est. Etenim si quando nomina veluti *pueri-s, *soceri-s exstitissent, haec haud dubie analogiam substantivorum ejusmodi secuta essent. Idem elucet praecipue ex adjectivis huc pertinentibus, nam si vocalis **o** in **i** debilitata fuisset, sing. nominativus gen. fem. non in **a** vocalem, sed in is syllabam desineret ita ut pronunciaretur *liberi-s, *aegri-s, non libera, aegra. — Posteriore autem aetate analogia effecit, ut tota terminatio ůs abjiceretur.

Ac mirum quidem est, quod syllaba finalis is, quippe cujus in sing. nominativo gen. masc. tantummodo pauca vestigia exstent, saepe vel potius plerumque in sing. nominativo gen. fem. conservatur. Cujus rei explicatio, praesertim cum **i** vocalis gen. fem. amantissima sit — id quod maxime ea exempla, quae ti suffixi ope formata sunt, docent — ex studio quodam vel instinctu genera discernendi repetenda esse mihi videtur. — Postremo adjungo, in nominibus aliunde sumptis vocalem in stirpe exeunte positam neque abjectam neque ejectam esse, sed integram periisse terminationem. Itaque, ut exemplum afferam, ex Alexandro-s non factum est *Alexanders, *Alexanderr, Alexander, sed ex ipsa forma vocali e auxiliari interposita deminutum est Alexander. —

Post eandem consonam **i** vocalis in stirpe exeunte collocata ejecta est in nominibus peregrinis Arar et Liger. Praeterquam

quod sing. nominativi plenior forma cf. Arari-s (Claud. Ruf. 2, 111. — Eutrop. 1, 405.) invenitur, illa vocalis cognoscitur ex sing. accusativis Arari-m et Ligeri-m (Neue I p. 210. 211). Quorum similia nomina i vocali non carentia sunt (Neue l. c.) Tiberi-s (Tiberi-m), Fabari-s (Fabari-m), Nigri-s (Nigri-m), Thybri-s (Thybri-m).

Secuntur nomina per suffixum ari formata. In quibus vocalis i finalis in e debilitata periit. Talia sunt calcar, calpar (Fest. III p. 46 et Non. XV p. 546), cochlear (Colum. 12, 11), columbar (Pl. Frgm. cf. Fest. p. 169) exemplar, gemellar (Colum. 12, 50), jubar, lacunar, laquear (Prisc. VI p. 222 H.), Latiar, Lucar (Paul. Fest. X p. 119), lupanar, palear (Sen. Hippol. 1044), pugillar (Auson. Epigr. 137), pulvinar, specular (Tert. Anim. 53), subligar. (Mart. 3, 87), torcular. — Stirps saepissime integra permansit. Quo pertinent antiquiores sing. nominativi vel accusativi formae: cochleare, exemplare (Neue I p. 185). Huc accedunt (Neue I p. 264. 267) plur. et genitivus et nominativus vel accusativus ut calcari-a, cochleari-a (Petr. Sat. 33), exemplari-a, laqueari-a, paleari-a (Virg. G. 3, 53 et Ov. Met. 7, 117), pugillari-a (Gell. 17, 9), pulvinari-a, subligari-a (Plin. 12, 14, 32), torculari-a; exemplari-um, cochleari-um, laqueari-um (Plin. 12, 1, 5). Praeterea adnumeranda sunt nonnulla nomina, quorum sing. nominativus tantummodo pleniorem formam exhibet: altare, alveare, callare, folliculare, lumbare, luminare, mamillare, scalare.

Eandem apocopam, quam in nominibus ari suffixi ope formatis factam esse modo vidimus, pauca substantiva e lingua Graeca deprompta passa sunt. Quo pertinent baccar=βάκκαρι-ς, piper=πίπερι, zingiber, zingiberi=ζιγγίβερι-ς (Neue I p. 167).

Etiam in sermone Latino vulgari (Schuch. II p. 385. III p. 286) vocalis in stirpis fine positae post eandem consonam exstinctio conspicua est. Velut flexionis in o desinentis vocalem ejectam esse animadvertimus in barbar (barbaro- cf. barbaru-s), Phaeder (Phaedro- cf. Phaedru-s), Sevêrs (Sevêro- cf. Sevêru-s), teter (tetro- cf. tetru-s). Itemque i vocalis ex o debilitata interiit in carcer. Quin etiam totum suffixum io in unum sonum confusum evanuit in nominibus eber (ebrio- cf. ebriu-s) et sober (sobrio- cf. sobriu-s). Vocales gradatim ita excidisse mihi videntur, ut ex io primum ie deinde î, denique ĭ vocalis oreretur cf. ebriu-s, ebrie-s, ebrî-s, ebrĭ-s, eber cum e vocali auxiliari.

Ex lingua Osca huc revocandum est frunter (Unt. Dial. p. 174. 310) correptum ex *fruntero-s.

Paullo saepius vocalis in stirpis terminatione posita in lingua

Umbrica post hanc consonam periit. Sicut ager = ἀγρό-ς (Umbr. Spr. II p. 51) o vocalem amisit. Eadem vocalis in i extenuata syncopam passa est in nonnullis nominibus per suffixum ri ex ro debilitatum ortis. Qualia sunt ucar, ocar (U. Spr. II p. 10), pacer, quae vox idem significat, quod pacatus (U. Spr. II p. 4. 5. 6. 7. 9). Ea ipsa forma in Sabellico occurrit cf. pacr (Corss. II[2] p. 350 et K. Zt. IX p. 133. 150. 161). Stirpem in vocalem desinentem exhibet sing. accusativus ocre (U. Spr. II p. 5. 9).

Jam in eis, quae subsecuntur, agetur de praecedenti l consona. Huc revocanda sunt nonnulla nomina ulo suffixi ope formata. Cujusmodi exempla sunt famul (Enn. ap. Non. II p. 110), Figul (C. I. L. IV p. 3134). Aliquanto usitatiores sunt pleniores sing. nominativi formae famulu-s, Figulu-s. Ad quae accedunt formae ad genus neutrum pertinentes: facul (Non. II p. 111. — Paul. Fest. VI p. 87), difficul (Non. l. c.), perfacul (Paul. Fest. XIV p. 215). Suffixum ulo ipsum quidem non servatum est, sed in ili extenuatum esse, elucet ex casibus oliquis.

Idem suffixum in ile deminutum retinuerunt formae facile, perfacile, difficile.

Deinde vocalem finalem suffixi ili ex ilo debilitati amiserunt nomina mugil, pugil (Val. Fl. 4), vigil, pervigil. Stirps magis primitiva obvia est in sing. nominativo, quod docent mugili-s (Juven. 10, 317), pervigili-s (App. Met. II).

Denique afferro semol (C. I. L. 1175) per suffixum alo formatum. Quod vocabulum ex accusativo gen. neutr. ortum adverbii vice usurpatur. In lingua Graeca ei respondet ὁμαλό-ς = similis (in quo nomine suffixum alo in ili extenuatum est). Illa autem aetate, qua linguae et Graecorum et Italorum jam inter se discesserant, ů vocalem in stirpis fine positam nondum in omnibus nominibus huc revocandis in i deminutam esse, perspicitur ex lingua Latina, nam in hac inveniuntur nomina: mutilu-s nubilu-s, rutilu-s, gracilus, sterilu-s. Saepissime occurrunt apud Graecos similes formae: ποικίλο-ς, ξύσελο-ς, τροχαλό-ς, δαψιλό-ς (dapsilu-s), ὑψηλός alia multa.

In his quoque nominibus vocalis in stirpis fine collocata excidit, non abjecta est, nam, etsi negari non potest, post l sonum in nominibus io suffixo addito formatis ut filio, Cornelio, Pulio, Mutilio, Turpilio (Corss. I[2] p. 285) s consonam sing. nominativi propriam saepissime evanuisse, tamen non invenitur ullum nomen cum illis, de quibus supra disserui, conferendum, quod servata antecedenti vocali consonam illam amiserit. Huc accedit, quod, si olim sing. nominativi formae *famulo-, *Figulo exstitissent, ut illis nominibus (Corss. l. c.), in quibus aliquo tempore s consona

sing. nominativi perierat, ita his nominativi signum iterum additum esset. Non verisimile quidem est, ls sonorum complexionem Latinis valde acceptam fuisse, sed exstitisse aliquando forma illa vulgaris Martials (Schuch. III p. 287) satis mihi videtur demonstrare. Etiam in lingua Osca eadem sonorum complexio occurrit, quod ex Osco illo Upils patet.

Tota terminatio ům apocopam passa est in nihil (nihilo-) = nihilu-m. — Deinde suffixum i in nomine sal ejectum est. Plenior forma est sale (sing. nom. et acc.) apud Enn. cf. Prisc. I p. 171 H.; Cic. Att. 1, 13; Varr. cf. Non. III. p. 223. Praeterea inveniuntur casus obliqui salem, sales. Inde apparet, ex vetustiore nominativo sing. *sali-s neutrum illud sale, sal ortum esse. De quo nomine cf. id quod supra dictum est de ἅλς.

Restat ut de nominibus ali suffixo formatis agatur. In quibus e vocalis imminuta ex i in stirpe exeunte posita interiit. Quo revocanda sunt animal, autumnal (Varr. ap. Char. p. 118 K.), Bacchanal, bidental, capital, cervical (Mart. 14, 146), cubital (Hor. Sat. 2, 3, 255), Fagutal (Varr. L. L. 5, 152 et Paul. Fest. VI p. 87), feminal (Appul. Met. 2 p. 122; 11 p. 296, 13), Janual (Paul. Fest. IX p. 104), Larentinal (Varr. L. L. 6, 23), Lupercal (Virg. A. 8, 342), minutal, penetral (Macr. Sat. 7, 1. — Symm. Ep. 2, 34), puteal, quadrantal (Fest. XVII p. 258), toral, tribunal, vectigal, virginal (Solin. 1, 67. — Prud. Περὶ στεφ. 14, 8). — Quorum nominum non solum saepenumero antiquiores sing. nominativi formae servatae sunt (Neue I p. 184) ut animale (Lucr. 3, 365), penetrale, virginale (Phaedr. 4, 5, 12), sed etiam stirps magis primitiva obvia fit in animali-um (Varr. L. L. 5, 59), Bacchanali-um, vectigali-um; Bacanali-a (C. J. L. 196. 28), bidentali-a (Appul. de Deo. Socr. p. 46. 41), cervicali-a, Larentinali-a, Lupercali-a (Quinct. 1, 5), minutali-a (Tert. Hab. mul. 6 et Anim. 32), penetrali-a, puteali-a, torali-a, tribunali-a (Plin. 16, 1, 1), virginali-a (Aug. C. D. 22, 8. — Jul. Valer. Rer. gest. Alex. M. 1, 8 ed Duebn.). Praeterea traduntur multa vocabula, quae tantummodo sing. nominativum in are desinens exhibent: aquiminale, augurale, cortinale. crinale, dextrale, focale, funale, ramale, scrutale, secale, tibiale, ventrale.

Ex sermone Latino vulgari huc pertinent nonnulla vocabula primitus suffixo ulo formata, in quibus vocalis in stirpis terminatione collocata excidit. Quo in numero sunt (Schuch II p. 385. III. p. 287), figel = figulu-s (L) et mascel = masculu-s (L). Itemque ali suffixum correptum inest in Martials = Martiali-s (L)

Venio ad linguam Oscam. In qua vocalis in stirpis fine posita persaepe post l liquidam exstincta est. Huc referenda sunt nomina ulo suffixi ope formata. Talia sunt famel (Paul. Fest. VI p. 87) = famulu-s (L), Mutíl (U. D. p. 202. 281) = Μότυλο-ς, Mutilu-s (L); Paakul (U. D. p. 178. 284), Fiml (U. D. p. 176. 309). Sequitur Aukíl (U. D. p. 251), quod vocabulum cum Ὤκελο-ς conferendum est. Praeterea post hanc consonam suffixum io ex i extenuatum periit in Lúvkl (U. D. p. 202. 273) = (L) Luciliu-s et Upils (Corss. K. Zt. IX p. 324) = Opiliu-s (L).

In lingua Umbrica simile quid invenitur. Velut o vocalis suffixi ulo evanuit in katel = catulu-s (L) et tiçel (U. Spr. II p. 16. 17). Pleniorem formam exhibet sing. accusativus katlu (U. Spr. II p. 16). — In his duabus linguis vocalem in stirpis terminatione positam syncopam non apocopam passam esse, facile intelligitur ex nomine Osco Upils.

Ad m consonam nullum nomen nisi do (sing. accus.) ap. Enn. cf. Auson. Id. 12, 18 revocandum est. Quae forma imitatione illius Homericae δῶ tota syllaba um privata est.

Restat, ut de vocalis finalis exstinctione post n consonam facta disseratur. Huc pertinent pauca nomina velut Campas ap. Pl. Trin. 545 (Ritschelii editione), Campans (Fleckeisenii edit.), quod vocabulum per ano suffixum formatum o vocalem amisit. Plenior sing. nominativus est Campanu-s. Quod nomen est indeclinabile aeque ac damnas atque omnia tria genera et utrumque numerum significare potest. Item o vocalis interiit in termins (Tab. Gen. Prisc. Lat. m. ep. t. XX, 15) = terminu-s. Postremo tota terminatio ů m in particula nôn ex vocabulis ne et unum contracta evanuit. Mutatio sic facta esse mihi videtur: *ne oinum (forma antiquitus tradita pro unum) *noenum, nôn.

Aliquanto major est numerus similium nominum, quae sermo Latinus vulgaris exhibet. Velut o vocalis ino suffixi ejecta est in Agellins, Cessorins = Cessorinu-s, Consobrin-s = consobrinu-s, Justins = Justinu-s, Martins = Martinu-s, Maximins = Maximinu-s, Paulins = Paulinu-s, Rufins = Rufinu-s, Secundins = Secundinu-s (Schuch. Cic.). —

Eadem exstinctio conspicua est in nominibus ano suffixi ope ortis. Cujusmodi exempla sunt Herculans = Herculanu-s, Julians = Julianu-s, Lucas = Lucanu-s, Pisas = Pisanu-s (ib.). De nominibus Lucas et Pisas idem dicendum est quod de Campas (Schuch. l. c.).

Creberrime vocalis in stirpis fine posita post hanc consonam in lingua Osca excidit. Velut o vocalis suffixorum ano, eno, ino

ejecta est in nominibus Aadirans (U. D. p. 183. 244), Pumpaiians (ib.) = Pompejanu-s (L), Bantins (U. D. p. 146. 252), Tafidins (End. XIX, 12, 51), Nuersens (End. XIX, 8, 42), Perkens (U. D. p. 178. 285) = Πέρκενο-ς (ib. p. 192. 285). Huc accedit Heírens = Herenniu-s (End. p. 32), in quo nomine io suffixum in i confusum periit. Pleniorem formam exhibet Heírenni-s (U. D. p. 178. 261).

Inveniuntur praeterea nonnulla nomina Umbrica huc revocanda. Velut o vocali finali privata sunt Ikuvins (Titulus nummum Iguvii. — U. Spr. II p. 408) = (Lat.) Iguvinu-s; Variens (U. Spr. II p. 400. — U. D. p. 360), pelsans (U. Spr. II. p. 17). Pleniores formae sunt Ikuvinu, pelsanu (U. Spr. II. p. 16). Post eandem consonam i vocalis exstinctionem fortasse exhibet fons, fos (U. Spr. II p. 4—14). — Secuntur consonae labiales. Ac primum quidem de p sono tenui agendum est. Post quam consonam suffixum i interiit in nominibus daps (Liv. Andr. ap. Prisc. I p. 321 H. — Paul. Fest. IV p. 68), Ops, ops (Acc. cf. Prisc. I p. 322 H.), inops, stips (Char. p. 43 K., p. 109 K.), stirps, volup (Neue I p. 135. II p. 63). Praeterquam quod pleniores sing. nominativi formae traduntur ut dapi-s ap. Juvenc. cf. Auct. de gen. nom. p. 78, 3 ed. H. (de cujus formae antiquitate dubitari sane potest), Opi-s, stipi-s (Prud. Sym. 2, 910) vel stipes cf. Tert. Spect. 17 (de qua forma idem dicendum est quod de dapi-s), stirpi-s, illam vocalem retinuerunt plures casus obliqui: Opi-m (Ov. Met. 9, 496), stirpî-s (Cic. Arat. 116), stipi-um, stirpi-um (Neue I p. 283). Huc accedit, quod daps nominis stirps magis primitiva inest in Graeco illo δεῖπνον ex *δεπινον per epenthesin orto (Curt. Gr. Et. p. 219). Cui vocabulo responderet in lingua Latina *dapinum, quod dapinare verbum postulat. De etymologia volup vocabuli cf. Curt. Gr. Et. p. 248; Corss. II² p. 1024; Schweitzer. K. Zt. III p. 209.

Quibus vocabulis adjungo sêps (Cic. cf. Auson. Id. in Grammatico mast. 12, 11. — Val. Fl. 6, 536), in quo nomine i suffixum ex ê debilitatum evanuisse ostendit sing. nom. sêpê-s (Virg. Ecl. 1, 54).

In sermone Latino vulgari post hanc consonam o vocali in stirpe exeunte posita nomen proprium Philipps = Philippu-s privatum est.

Etiam ad b consonam pertinent nonnulla exempla. Quo referenda sunt nomina trabs, scrobs (Colum. 4, 4, 1. 5, 5, 1. 2; Frgm. Bob. 31 p. 135), scobs (Prisc. I p. 320 H.) i suffixi ope formata. Stirpem primariam exhibent non solum sing. nom. formae trabi-s vel trabe-s (Neue I p. 135), scrobi-s, scobi-s, sed

etiam plur. genitivi trabi-um, scrobi-um (Neue I p. 283) Idem suffixum ex ê extenuatum periit in nubs (Liv. Andr. cf. Serv. ad Virg. A. 10, 636; Auson. Techn. de hist. 4). Antiquiores formae sunt sing. nom. nubê-s et plur. acc. nubî-s (Lucr. cf. Nevium I p. 261). Ad quae accedit plebs nomen per bhâ suffixum formatum (Curt. cf. Jahns Jahrb. 69 p. 95). Stirps magis primitiva permansit in sing. nominativis plebê-s, plebi-s (Inscr. ap. Gud. in not. ad Phaedr. 4, 5) et plur. genitivo plebi-um (Prud. Περὶ στεφ. 10, 709; Frgm. Bob. l. c.) Eandem syncopam i vocalis passa sunt nonnulla nomina ad sermonem Latinum vulgarem pertinentia. Talia sunt corbs = corbi-s, orbs = orbi-s, nubs (νοβς) cf. Schuch. l. c. In lingua Osca tantummodo Τρεβς (End. p. 19, 52) = Trebiu-s (L) i vocalem in stirpis fine collocatam amisit. —

Non saepius post consonas gutturales stirps in vocalem desinens correpta est. Velut post c consonam i suffixum ex e debilitatum excidit in fax et merx. Pleniores formae sunt sing. nominativi face-s (Paul. Fest. VI p. 87 nam „faces" antiqui dicebant), merce-s (Sall. cf. Char. p. 42 K) et plur. genetivus merci-um (Neue I p. 280). Ejusdem i vocalis exstinctionem exhibet prex nomen (Gloss. Philox. — Char. p. 24, 546 K). Non servata quidem est antiquior sing. nominativi forma, sed inest in Graeco illo προίξ, quod nomen (Curt. Gr. Et. p. 631) ex *προκι-ς ortum esse liquet. Quibus adjungenda mihi videntur duo nomina peregrina Pharnax (Prisc. I p. 279 H) = Φαρνάκης et Pollux. Quae vocalem in stirpis fine collocatam amisisse demonstrant pleniores formae Pharnace-s, (Cic. Att. 11, 21 et 22), Polluces (Varr. L. L. 5, 10, 73; Pl. Bacch. 4, 8, 53) vel Poloces (C. J. L. I 55. II 4965).

Post g mediam unum nomen frux (Enn. ap. Prisc. I p. 278 H.) i suffixo privatum est, nam antiquiorem exstitisse sing. nominativum frugi-s testatur Varro L. L. 9, 75. 76.

In sermone Latino vulgari post g mediam pauca nomina correpta sunt. Qualia sunt facs = facie-s, in quo nomine i vocalis ex ie sonis confusa interiit et verrug = *verrucu-s, quod adjectivum a verrucosu-s facile repetitur (Schuch. l c.).

Ex lingua Osca huc revocandum est túvtiks (U. D. p. 170. 304). In quo vocabulo o vocalem in stirpe exeunte collocatam evanuisse, intelligitur ex sing. nom. gen. neutr. toutico-m (U. D. p. 146. 304). Eadem vocalis excidit in fratreks vel fratrexs (U. Spr. II. p. 15, 19) nomine Umbrico per iko suffixum formato. Stirpem magis primariam servavit sing. abl. gen. fem. fratreca (U. Spr. II l. c.).

Reliquum est, ut de s sono sibilanti disseratur. Huc pertinent pauca nomina. Sicut e vocolis ex i imminuta suffixi ti ejecta est in nomine os (Cato Orig. ap. Prisc. I p. 254 H; Cels. 8, 2) correpto ex osse (Varr. et Titin. cf. Char. p. 55. 138 K). Hoc vocabulum et quartam et secundam et tertiam flexionem sequitur, quod docent formae ossu-a, ossu-um, ossu, ossa, ossu-m, ossibus (Neue I p. 358. 584), ossiva (C. J. L. I, 957). In lingua Sanscrita huic respondet asthi nomen (Curt. Gr. Et. p. 197). Praeterea commemorandum est vas, in quo nomine tota sing. nominativi terminatio abjecta est. Pleniores formae sunt vasu-m, vasoru-m, vasis, vasa (Neue I p. 295. 300).

Post eandem consonam i vocalis in stirpis terminatione posita periit in nominibus as, bes, semis (Neue I p. 178). Praeterquam quod antiquiores sing. nom. formae inveniuntur assi-s, bessi-s, besse, semissi-s, illam i vocalem retinuerunt plur. gen. assi-um, semissi-um (Neue I p. 287). In quibus i vocali exstincta sss soni in unum s deminuti sunt. Cetera omnia nomina ex as derivata, quae huc pertinent, solum pleniorem sing. nominativum exhibent: dussi-s, tressi-s, tricessi-s, vicessi-s, sexagessi-s alia multa.

Postremo addo duo nomina ad linguam Oscam referenda, in quibus suffixum post v consonam exstinctum est. Talia sunt cevs = (L) civi-s et Salavs = (L) Salviu-s. Post eundem sonum in sermone Latino vulgari unum vocabulum (Gl. Sang.) ner = nervu-s tota sing. nominativi terminatione una cum consona praecedenti privatum est.

Ex eis, quae de linguis Italicis supra disputavimus, patet, exstinctam vocalem in stirpis terminatione collocatam in sing. nominativo potissimum post consonas et dentales et liquidas (r, l, n,).

Restat, ut disseratur, qua aetate exstinctae sint in linguis Italicis illae vocales. Jam prisca aetate i vocalem nominum in tâti-s desinentium interiisse, e linguis propinquis et Sanscrita et Zendica et Graeca facile cognoscitur. Cum vero nullum exstet nomen, quod pleniorem sing. nominativi formam exhibeat cumque vocalem in stirpis fine positam parvus tantum vocabulorum numerus in casibus obliquis retinuerit, verisimile est, jam Graecoitalica, ne dicam, vetustiore etiam aetate ubique fere exstingui coeptam esse i vocalem suffixi tâti. Cetera omnia nomina huc pertinentia serioris sunt aetatis. Nam quo plures pleniores formae aut casuum rectorum aut obliquorum servatae sunt, eo posteriori tribuenda sunt aetati illa nomina.

Caput III.

De linguis Germanicis agitur.

Libri atque commentarii virorum doctissimorum, quos inspexi, sunt hi:

Boppii „Vergleichende Grammatik“ Bd. III.
Delbrueckii „Die Deklination der Substantiva im Germanischen, insonderheit im Gotischen.“ Zeitschrift für deutsche Philologie. Bd. II Heft IV p. 386 sq.
Grimmii „Deutsche Grammatik.“
Heynii „Kurze Laut- und Flexionslehre der altgermanischen Sprachstämme.“ Paderborn 1862.
Moebii „Zur Kenntniss der ältesten Runen.“ I. II. — K. Zt. Bd. XVIII p. 153 sq., XIX p. 209 sq.
Schereri „Zur Geschichte der deutschen Sprache.“ Berlin 1868.
Schleicheri „Compendium der vergleichenden Grammatik der indogermanischen Sprachen.“
Thommsenii „Ueber den Einfluss der germanischen Sprachen auf die finnisch-lappischen.“ Aus dem Dänischen übersetzt von E. Sievers. Halle 1870.
Westphalii „Das auslautsgesetz des gotischen.“ — K. Zt. Bd. II p. 161 sq.
Wimmeri „Altnordische Grammatik.“ — Aus dem Dänischen übersetzt von Dr. E. Sievers. Halle 1871.

Vocalium exstinctio latissime per linguas Germanicas diffusa est, nam arctissime cohaeret cum hac lege phonetica:

Omnes breves vocales et **a** et **i** in terminationibus vocabulorum, quae plures syllabas continent, positae aut nulla consona insequente abjiciuntur aut una tantum ejiciuntur. Itaque, cum praesertim ex eis temporibus, quibus vocales et **a** et **i** exstingui coeptae sunt, tantummodo pauca vestigia nobis tradantur, constitui non potest, post quas potissimum consonas vocales illae perierint. Mirum autem est, quod stirpes in **u** istam vocalem multo diutius servarunt. Quam rem Schererus Helmholtzium (Lehre der Tonempfindungen) secutus sic explicat: Sono aucto per accentum Germanicum quodque vocabulum modulationis cujusdam particeps fit. Cum autem accentus in linguis Germanicis in syllaba radicali positus sit, usque ad extremam vocabuli syllabam vox eundem gradum accentus servare non potest, sed ita minuitur, ut prima syllaba gradum accentus acutiorem, extrema graviorem obtineat. Quadecausa et **a** et **i** soni vocabulis exeuntibus exstinguuntur, **u** sonus, quippe qui voci non obstet, sustentatur.

Nunc ad ipsas vocales venio.

Et a et i vocales in sing. nominativo omnium nominum generis et masculini et neutrius exstinctae sunt. Huc accedunt ea nomina gen. feminini, quibus stirpes in i subjectae sunt Velut in lingua Gotica ortum est ex

substantivo	*fiska-s	fisks
„	*vaúrda-m	vaúrd
„	*balgi-s	balgs
„	*ansti-s	ansts
adjectivo	*blinda-s	blinds
„	*brûki-s	brûks.

Adjectiva in s consonam desinentia velut hráins, gamáins, brûks, andanêms, sêls, anasiuns, skeirs, naus, gafaúrs, aljakuns, bleiPs non fluctuant inter flexiones et in a et in ja, sed flexioni in i tribuenda sunt. Hoc eo confirmatur, quod nonnulla horum adjectivorum sing. nominativum gen. fem. s consona terminatum praebent ut brúks (1. Timoth. 4, 8; Skeireins ed M. p. 43, 12), sêls (1. Corinth. 13, 4), naus (Röm. 7, 8), skeirs (Skeireins 43, 19). Quae adjectiva posteriore aetate in compluribus casibus declinationem in ja sequi coeperunt.

Aggredior autem ad linguas eas, quae „Saxonicae-Theotiscae" vocantur. Hae sunt linguae antiqua Theotisca, antiqua Saxonica, Anglosaxonica, antiqua Frisia, media Theotisca.

Ex quibus affero exempla haec:

(a Th.)	(mTh.)	(a S.)	(Ags.)	(a Fr.)	
visk	visch.	fisk	fisc	fisk	stirpes in a.
wort	wort	word	vord	word	
plint	blind	blind	blind	blind	
palk	balc	gast	turf	*liod	stirpes in i.
anst	kraft	anst	lûs	nêd	

Fortasse in lingua Anglosaxonica i vocalis in e deminuta interdum in sing. nominativo servata est Quo pertinet byre (Ettmüller Lexic. Anglosaxonicum p. 285. — Grein's Bibliothek der angels. Poesie III Gl. I p. 152). — Ex lingua Norroena profero:

fiskr	declinatio in a.	lýdr	declinatio in i.
ord		ást	
langr			

Difficile autem est ad dijudicandum, quibus temporibus et a et i vocales perierint. Quam exstinctionem cum omnes Germanorum linguae passae sint, fieri eam coepisse jam vetustissimorum Germanorum tempore, quo linguae singulae nondum inter se discesserant, facile patet. Sed post illam aetatem nonnullas linguas et a et i vocales servasse, praecipue ex nominibus Germanicis in linguas

Finnicas-Lappicas traductis intelligitur. De qua re Thommsenius agit in libro, quem supra commemoravi. Is enim affert multa nomina Germanica, quorum exitus sunt in linguis Finnicis -as, -äs, -a, -ä; in Lappicis -es (-is), -e. Huc pertinent e linguis

Finnicis:

XII	substantiva gen. masc.	in -as, -äs.
X	adjectiva	
XXVI	substantiva gen. masc.	in -a, -ä.
XVIII	„ „ neutr.	
IV	adjectiva	

e Lappicis:

XI	substantiva gen. masc.	in -es (is), -as.
XXIII	adjectiva	
XVII	substantiva gen. masc.	in -e.
XXVI	„ „ neutr.	
III	adjectiva	

Praeterea eodem referenda sunt IV substantiva gen. neutr. (II in lg. Finn., II in lg. Lapp.), quae in genus masculinum transierunt. Ad numerum sunt haec omnia nomina CLIII.

Cum autem omnia ea nomina, quae Thommsenius profert, utrum linguis Germanicis tribuenda sint necne discernere non sit hujus loci, e magno illo numero promam nonnulla, ex quibus non solum linguas Goticas-Norroenas inter se conjunctas, sed etiam easdem linguas post digressum illam **a** vocalem stirpis propriam in sing. nominativo obtinuisse perspiciatur. Namque reputanti mihi, quanto facilius Lappi, praesertim cum in eis oris maritimis, quae magis in septentriones spectant quam Finnorum, habitarent, cum populo Norroeno, quam cum aliis Germanis antiquitus commercium habere potuerint, nominum illorum permagna pars ex lingua Norroena deprompta esse videtur. Quod ita esse, nominibus, de quibus agitur, paullo accuratius inspectis videbimus. Talia sunt

1. Substativa gen. masc., quae **s** nominativi signum retinuerunt:

(Lapp.) harve-s, habre-s per methatesin ortum ex *havre-s cf. Thomm. p. 79 = (Norr.) hafr. (cuper).

(L) jetana-s, jaettene-s = (N) jötunn. Vocalis **e** = **a** creberrime invenitur cf. Th. p. 49. 50.

(L) vielpe-s, vielpi-s, felpe-s = (N) hvelpr. De consonis ineuntibus cf. Th. p. 67. 68.

(L) fere-s = (N) hverr.

(L) svaine-s = sveinn. Vetustiori tempori (L) ai tribuendum est quam (N) ei.

2. Adjectiva. quae s nominativi signum conservarunt:

(L) divte-s = (N) Péttr. In quo vocabulo ante t sonum h in v transiit. Simila exempla saepius occurrunt cf. Th. p. 41. Sonus d Norroeni Þ locum tenet cf. Th. p. 65. Itemque (L. Finn.) i = (N) e exstat cf. Th. p. 50.

(L) line-s = (N) linr.

(L) salte-s = (N) saltr.

(L) stuore-s = (N) stórr. Pro ô vocali, quam linguae et Gotica et Norroena exhibent, in Finnicis Lappicisque uo collocatur.

(L) sure-s = (N) súrr.

(L) vade-s, vadde-s = (N) vandr. In hoc vocabulo n sonus d insequenti assimilatus est cf. Th. p. 75. Similis est ratio formationum e linguis Finnicis depromptarum. De qua re cf. Th. p. 40.

(L) aude-s = (N) audhr. (cf. Th. p. 71).

(L) saine-s = (N) seinn.

3. Substantiva, quorum nominativi signum interiit:

(L) farbme = (N) farmr. Medias consonas irrepere non inusitatum est cf. Th. p. 75.

(L) fatme, fathme = (N) fadhmr. } cf. Th. p. 70. 71.
(L) gardde, garde, karde = (N) gardhr. }

(L) guobme = (N) gómr.

(L) haiti-s = heitr.

(L) ludne = (N) hlunnr. Do h apocopa et d consona cf. Th. p. 65. 75.

(L) radde, bradde, pradde = (N) brandr. De consonae labialis apocopa cf. Th. p. 68.

(L) vakke = (N) vágr. De geminatione cf. Th. p. 71.

4. Adjectiva s nominativi consona carentia:

(L) dierbbe = (N) djarfr cf. Th. p. 59. 75.

5. Substantiva gen. neutr.:

(L) bardde = (N) bardh.

(L) bordde = (N) bordh.

(L) dakke, take, tak = (N) Þak.

(L) golle = (N) gull. O vocalis idem est quod (N) u cf. Th. p. 51.

(L) lajrre, lajre = (N) leirr. De j cf. Th. p. 77.

(L) majdne, maine = (N) mein.

(L) radde = (N) rád.

(L) rasse, grasse = (N) gras. De consonae g apocopa cf. Th. p. 68.

(L) spidne, svine = (N) svín. De sp = sv cf. Th. p. 68.

(L) stalle = (N) stál. De l liquidae geminatione cf. Th. p. 75.

Cum autem et Finni et Lappi alteri alteris vicini essent, facile fieri potuit, ut nomina Germanica altera lingua ex altera depromeret. Quo pertinet, ut exemplum afferam, vocabulum

(L) gonaga-s (F) kuninga-s = (aTh) chuning (aS) cuning (Ags) cyning (N) konungr.

Do (L) a = (F) i et de (L) o = (F) u cf. Th. p. 35.

Gonaga-s nomen, praesertim cum et (L) a vocalis persaepe loco (F) i vocalis ponatur et terminatio Norroena ungr seriori tribuenda sit tempori quam ingr reliquarum Germanicarum linguarum, ex linguis Finnicis in Lappicas transiisse verisimile est. Praeterea huc referenda sunt

(L) ajgge (F) aika (G) aivs (N) aefi. De v soni transitu in k cf. Th. p. 78.

(L) garre (G) kas. De g pro k cf. Th. p. 64. Fortasse etiam alia nomina adjicienda sunt.

At multo difficilius est ad constituendum nomina ea, quae Finni mutuati sunt, utrum Goticae linguae sint an Norroenae, quoniam Finnorum domicilia ita sita erant, ut non solum cum Gotis, quibus finitimi erant, sed etiam cum nationibus Norroenis commercium haberent. Huc accedit, quod Germanica illa nomina temporibus traducta sunt vetustissimis. Itaque eorum, quae huc pertinent, nominum permulta Gotica-Norroena vocari licet. Cujusmodi nonnulla exempla affero:

1. Nomina in as:

(F) ansa-s = (G) ans (N) áss.

(F) vara-s sg. gen. varkaan (Veps) varga-s = (G) vargs (N) vargr.

(F) arma-s = (G) arms (N) armr.

(F) viisa-s = (G) -veis (N) víss. De ii vocalium geminatione pro (G) ei (N) í cf. Th. p. 50.

2. Substantiva gen. masc. et adjectiva in **a**:

(F) taina = (G) tains (N) teinn.

(F) kattila = (G) katils (N) ketill cf. Th. p. 70.

3. Substantiva gen. neutr. in **a**:

(F) huotra = (G) fôdr (N) fódhr. De **h** pro **f** cf. Th. p. 65.

(F) liina = (G) lein (N) lín.

(F) maurha = (G) maúrÞr (N) mordh. Transitus **Þ** consonae in **h** in linguis Finnicis non raro invenitur cf. Th. p. 65.

(F) vamma = (G) vamm (N) vamm.

(F) viina = (G) vein (N) vín.

Perpauca nomina exstare mihi videntur, quae proprius absint a lingua Gotica quam a Norroena. Quo referenda sunt

(F) aila-s = (G) agls. De quo nomine cf. Th. p. 79.

(F) lamma-s = (L) labbe-s, labe-s = ovis = (G) lambs (ovis) (N) lamb (agnus). Uno loco cf. Gutalag c. 42 = ovis.
(F) kultr = (G) gulP.
(F) tila = (G) til (aTh.) zil.

Minor etiam numerus vocabulorum e lingua Norroena repetitorum esse mihi videtur. Quo pertinent:

(F) parma, parma-s, paarma-s = (N) barmr (G) barms (stirps in i).
(F) autua-s (L) audoga-s = (N) audhugr (G) audags.
(F) harra-s = (N) hardhr (G) hardu-s.

Ex quo facile intelligitur, nomina ea Germanica, quae a vocalem stirpis finalem in sing. nominativo exhibent, in Finnicum irrepsisse partim eo tempore, quo linguae et Gotica et Norroena nondum inter se discesserant, partim ex lingua Gotica, sed aetate multo priore quam qua Vulfilas vixit, partim ex lingua Norroena, attamen multo ante illa tempora, quibus vetustissima ejus monumenta tribuenda sunt. Atque etiam inter ea nomina, quae Thommsenius profert, fartasse exstant, quae ex linguis „Saxonicis-Theotiscis" sumpta sint. Sed certo de ea re dijudicari non potest.

Postremo id adjungo, quod, praesertim cum Goti Finnis per longum temporis spatium finitimi essent, certo multo plura nomina quam modo attuli, ex lingua Gotica in Finnicam sumpta sunt. Tamen difficile est de hac re judicare, nam illa nomina jam ea aetate, qua linguae et Norroena et Gotica inter se haud multum differebant, deprompta sunt.

Restat, ut pauca de adjectivis et substantivis gen. masc. (F) in a (L) in e exeuntibus disputentur. Quae deprompta sing. accusativi formam exhibere Thommsenius putat. Id mihi persuaderi non potest, neque enim est, cur et Finni et Lappi, quippe qni aliorum nominum multorum rectam sing. nominativi formam mutuati sint, in eis ipsis nominibus, quoniam sing. nominativi formam sine dubio non minus saepe quam accusativi audierunt, has illis praetulerint. Immo vero s nominativi proprium apud illos populos interiisse mihi videtur. Quae res quomodo facta sit in sequentibus explicare conabor. Constat enim, apud populos Norroenos s nominativi signum in r consonam transiisse. Quam mutationem jam priscis temporibus fieri incepisse, e vetustissimis runis, quae loco s literae r exhibent, apparet, quod haitina-r (Tanum), Hrabana-r, Erila-r (Varnum), Viva-r (Tune), Harivulafr, Haeruvulafi(ng)r (Istaby) docent. Itaque s sing. nominativum significans eorum nominum, quae illa aetate, qua s literae sonus ad r magis magisque accedebat ideoque minus clare pronunciabatur, in linguas et Finnicas et Lappicas irrepserunt,

fortasse evanuit. Hoc eo confirmatur, quod in his duabus linguis r consona in vocabulorum terminationibus posita [Th. p. 29] perraro invenitur. Itemque apud illas nationes secundum leges phoneticas nomina in sing. nominativo vocali finita perusitata atque gratissima erant. Qno s [r] sono saepius abjecto eandem exstinctionem multa alia nomina in s consonam desinentia, quae jam prioribus temporibus Finni et Lappi acceperant, passa sunt. Quae explicatio si recta est, mutuatio multorum nominum [F] in a [L] in e exeuntium imprimis Norroenorum in aetatem aliquanto posteriorem quam nominum [F] a s [äs] syllaba [L] e s [is], a s finitorum incidit. At probabile est, in multis nominibus, quorum aetas, cum vestigia certa desint, cognosci non potest, antequam depromerentur, a vocalem in stirpe exeunte collocatam jam exstinctam et fortasse a Finnis secundum leges phoneticas iterum additam esse.

Transgredior ad flexionem in i. Quod nonnulla Finnorum nomina e linguis Germanicis sumpta: [F] mahti = [G] mahts in i exeunt, nequaquam demonstrat, eam vocalem jam Germanorum nominum propriam fuisse, quod [Th. p. 95] haec ipsa vocalis creberrime vocabulis aetate non ita antiqua depromptis adjungitur neque inter ea pauca nomina ullum invenitur, quod vetustissimis temporibus traductum esse conspicuum sit. Attamen exstant nomina is syllaba finita, quae i vocalem originariam servarint. Velut [F] adjectivum kauni-s respondet [G] *skauns. De consonae apocopa cf. Th. p. 67. Et cum [L] as idem sit quod [F] is, Thommsenium sequor, qui praeterea huc refert haec adjectiva:

[L] gruonas, ruonas = [N] groenn. In antiqua lingua Theotica flexio in ja desinens invenitur cf. gruoni.

[L] suota-s, suotte-s = [N] soetr, [G] suts. Adjectivum suozi, qud antiqua lingua Theotisca praebet, flexionem in ja sequitur.

Praeterea fortasse eodem pertinent haec vocabula [Th. p. 98]:

[F] pale vel palje = [G] balgs [N] belgr.

[F] hame = [N] hamr.

[F] pade = [a Th.] pad, phad [Ags] päd.

De literae s nominativi propriae exstinctione idem commemorandum est quod supra de vocali a exposui.

Certissima exempla gen. fem. in linguis Finnicis desunt, sed apud Lappos exstant:

[L] urta-s, hurta-s = [G] vaúrtr [aúrti-gards] = [N] urt.

[L] vada-s = [N] vádh = [Ags] vaed [Stirps vâdi-].

Cum igitur numerum vocabulorum eorum, quae huc revocanda sunt, exiguum esse videamus, flexionis in i vocalem in sing.

nominativo, id quod naturae hujus soni et tenuioris et levioris respondet, priore etiam aetate quam **a** vocalem periisse putaverim.

Ex eis, quae modo disserui, apparere mihi videtur, in lingua Norroena vocales et **a** et **i** in sing. nominativo paullo diutius conservatas esse quam in Gotica. Quae sententia eo confirmatur, quod runarum monumenta quaedam vetustissima has ipsas vocales in eodem casu exhibent. Imprimis hoc loco dicendum est de cornu aureo quod vocatur. Cujus monumenti lectio diu haec fuit:

„Ek Hlevagasti-m Holtinga-m horna tavido.“

Ego Hleva hospitibus Holti filiis cornua feci;

nam ᛉ runa in inscriptionibus posteriori aetati tribuendis literam **m** significat. Sed Sophus Buggius eo nisus, quod ᛉ signum in alia quadam inscriptione [Istaby] ad idem fere tempus pertinenti nihil aliud nisi **r** [sc. ᚺᚠᚨᛏᛉ = a f [a] t r] significare posset, praesertim cum pronomen e k [ego] nomine proprio carens obscuri quid habere intelligeret, illam runam idem atque **r** esse rectissime cognovit. Quo auctore nunc sic legitur:

„Ek Hlevagasti-r Holtinga-r horna tavido.“

Ego Hleva hospes Holti filius cornu feci.

Quam inscriptionem vetustissimo tempori tribuendam esse ex eo, quod vocalis **a** nondum in **e** immutata est, concluditur.

Antequam de illis vocalibus in stirpis fine positis disseram, adjicio, id quod supra omiseram, hanc inscriptionem non solum propter e k pronominis formam sed etiam propter **r** sing. nominativi signum ex **s** debilitatum ad linguam Norroenam revocandam esse mihi videri.

Gislasonio autem, qui [Aarbög. f. nord. Oldk. og. Hist. 1869 p. 35—148. – Moeb. K. Zt. XIV p. 214] H o l t i n g a - r nominis **a** vocalem auxiliarem esse putat, etiamsi vocales ejusmodi saepius inveniuntur, assentiri non possum et quod populi Norroeni, ut supra [pag. 61] demonstratum est, **a** vocalem in stirpis fine collocatam in sing. nominativo multo diutius quam Goti obtinuerunt, et quod, ut modo docuisse mihi videor, multa nomina Norroena eis ipsis temporibus, quibus **s** nominativum significans in **r** transire coepit, deprompta hanc vocalem originariam exhibent. Huc accedit quod, si Gislasonii atque aliorum, qui eum secuntur, sententia recte se haberet, etiam **i** vocalem H l e v a g a s t i - r nominis intercessionis causa positam esse necesse esset. Id autem, praesertim cum analogia nusquam inveniatur, non probabile est. Quam causam ut infringat Gislasonius [itemque Wimmerus] illam **i** vocalem pro suffixo ex j a contracto habendam esse obtinet. Sed g e s t r [Egg. p. 255] nomen in lingua Norroena ad stirpem in **i** revocandum esse, non solum ex flexione, sed etiam ex Gotico g a s t s

[Lat. hosti-s, hosti-um] intelligitur. Hoc eo confirmatur, quod in nonnullis nominibus illud **i** vocalium in praecedentibus syllabis positarum mutationem effecit velut inveniuntur lydhr, belgr. Unde patet, **i** vocalem in stirpis terminatione collocatam in lingua Norroena paullo post vocales mutatas remansisse. Cum vero vocalium mutationem cornu aureum nondum praebeat, etiam verisimilius est, illud **i** itemque **a** vocalem Holtinga-r nominis nihil aliud significare nisi primigenias stirpis vocales. Eodum pertinet Saligasti-r [Berga]. —

Fortasse huc quoque referenda sunt nomina Hrabana-r, Erila-r [Varnum], Viva-r [Tune], nam quod Gislasonius ad sustinendam suam sententiam profert, a lingua Norroena abhorrere sonos conjunctos et lr, nr — exceptis eis monosyllabis nominibus, in quibus breves vocales antecedunt — et vr, id ipsum ad conservandam **a** vocalem in stirpis fine positam vehementer pertinuisse mihi videtur. Sed haitina-r [Tanum] propter **i** vocalem ex **a** extenuatam huc revocare dubito.

Eandem **a** vocalem in sing. accusativo inveniri, formae horna [Cornu aureum] et staina [Tune] docent.

Etiam in linguis „Saxonicis-Theotiscis" **i** vocalem in stirpe exeunte positam olim exstitisse, nomen Anglosaxonicum byre demonstrat, quod originariam stirpis **i** vocalem in e deminutam in sing. nominativo servavit.

Nunc quaeram, et **a** et **i** vocales nominum in as, is desinentium utrum abjectae sint an ejectae. Multo major numerus eorum nominum, quae ex linguis et Gotica et Norroena huc revocanda sunt, nihil habet difficultatis, nam ex conservato nominativi signo [G] **s** [N] **r** colligitur, vocalem antecedentem syncopam passam esse. Nec dubitari potest, quin in eis utriusque linguae nominibus, quae nominativi signum non jam exhibent, vocales eodem modo interierint. Huc pertinent stirpes Goticae et in sa et in ra. In stirpibus sa syllaba terminatis exstincta vocali **s** nominativi proprium cum consona praecedenti tam arcte conjuncta erat, ut ss soni copulati paullatim sicut unum **s** pronunciarentur. Haec igitur res gradatim sic facta est: *halsa-s, *halss, hals. Quibus adnumeranda sunt: ans, drus, urruns. Itemque sonos ss in **s** deminutos esse ex aliis linguis Indogermanicis ex Sanscrita, Graeca, Latina liquet. Velut Curtius [Erläuterungen zur griech. Schulgr. p. 58] ex lingua Sanscrita affert: durmanas-s, durmanâs. Cujusmodi exempla in linguis et Graeca et Latina sunt: *ἀληθεσ-ς, ἀληθής; *δυσμενεσ-ς, δυσμενής; *ψευδεσ-ς, ψευδής; *σαφεσ-ς, σαφής; *Ceres-s, Cerês, *pubes-s, pubês.

Secuntur stirpes in ra desinentes. Eae subjectae sunt huic

legi phoneticae [Delbr. l. c.]: Cum r sono consonans praecedit, s nominativum significans integrum permanet quod docent *akra-s, akrs; *fagra-s, fagrs; cum autem ante r sonum vocalis collocata est, r sono s assimilatur, ut geminata litera rr oriatur, e quibus postea fit unum r. Quo referenda sunt ex Gotico: *vaíra-s, *vaírs, *vaírr, vaír; stiur, hvaÞar, unsar. Recte eis adjiciendas censet Delbrueckius ex Graeco similes formas, quas Curtius [Stud. II. p. 159 sq.] optime explicavit. Quo auctore, ut exemplo utar, πατήρ assimilationis via ex *πατερ-ρ, *πατερ-ς ortum est. Praeterea huc pertinent: γαστήρ, ἀνήρ, αἰθήρ, ῥήτωρ. — Similia in lingua Latina inveniuntur: pater, amator, venerator. Pergit autem Delbrueckius exponere, formationem *akrr Gotos ipsos pronunciare non potuisse ideoque akrs integrum mansisse.

Etiam ex lingua Norroena huc revocanda sunt multa nomina, nam r sonus in vocabuli fine positus abjicitur et post s s et consona antecedente post s, l, r, n [Wimmer l. c. p. 25], quod demonstrant: hvass, hals, lax, fugl, jarl, karl, hrafn, svefn, vagn.

Eodem accedunt nomina gen. fem. flexionem in i sequentia: dád, sótt, ást, mús. Quorum tantummodo pauca nominativi signum retinuerunt: [Wimm. l. c. p. 47] naudhr, Urdhr, Audhr, Gudhr. —

Et a et i vocales in linguis „Saxonicis-Theotiscis" plerumque syncopam, rarius apocopam passae esse mihi videntur. Nam cum dubitari non possit, quin jam vetustissimis temporibus vocales et a et i evanescere coeperint, in multis nominibus huc referendis vocales illae, priusquam s nominativi interiret, ejectae sunt. Tamen nonnulla nomina vocales diutius quam casus signum conservarunt, quod quidem ex Anglosaxonico byre perspicitur. — Alia est ratio a vocalis nominum gen. neutr. In quibus am totam terminationem sing. nominativi exstinctam praebent omnes linguae Germanicae. Quoniam autem m consona in vocabuli fine collocata jam prisca aetate evanescere incipit, id quod imprimis formae horna, staina [Cornu aureum, Tune] demonstrant, quibus, ut supra commemoravi, fides habenda est, a vocalis haud scio an apocopam passa sit. Ea igitur consona, antequam periret, in n attenuata est, quod, ut exemplum afferam, ex sing. accusativo gota-n [a Th.] elucet.

Ac profecto nobis naturam hujus consonae m liquidae paullo accuratius contemplantibus apparebit, cur tam celeriter evanuerit. Nam cum m sonus semivocalis sit ie. et vocalis et consonae vim contineat, priore particula, quae vocalis quandam naturam

exhibet, cum a praecedenti conjuncta, eo celerius ac facilius exstinctus est: am, an, a^{n}, a. Tum demum a abjectum est.

Restat, ut qua via et a et i vocales exstinctae sint, ostendam. Cujus rei certa testimonia nonnisi de i vocali nobis tradita sunt, nam ex substantivo Anglosaxonico byre cognoscitur, eam vocalem ante exstinctionem in e imminutam esse. Item a vocalem, priusquam exstingueretur, paullo obscurius sonuisse verisimile est.

Antequam ad declinationem in u transgrediar, breviter attingam duas illas vocalium exstinctiones, quae solius linguae Norroenae propriae sunt. Quarum altera est a vocalis in stirpis fine positae apocopa, quam et nomina gen. fem. flexionis in a vocalem desinentis et adjectiva gen. fem. flexionis „indefinitae“ in sing. nominativo patiuntur ut giöf, örk giörd, gröf; jöfn, fögr, spök. Quem a sonum, priusquam interiret, in u obscuratum esse ejus vocalis, quae syllaba antecedenti continetur, mutatio docet. Sed cum haec deminutio omnia nomina gen. fem., quae declinationi in a tribuenda sunt, et omnia adjectiva gen. fem. ejusmodi complectatur, post quas potissimum consonas facta sit, incertum est. Altera exstintione, quae huc pertinet, nominum flexionis in ja et omnia adjectiva ut dyrr, foerr, groenn et ea substantiva gen. neutr., quae brevem syllabam radicalem praebent ut kyn, nef, nes, skegg, fyl, hyr afficiuntur. In quibus i ex ja contractum atque extenuatum periit. Neque hic neque illic utrum consonae praecedentes ut insequens vocalis interiret, effecerint necne constitui potest. Quem i sonum olim exstitisse, ex vocalis, quam syllaba antecedens exhibet, mutatione cognoscitur.

Venio ad u vocalem. Quae etiamsi in universum paullo firmior et stabilior quam et a et i vocales in stirpis fine positae esse videtur, tamen haud dubie jam illis temporibus, quae Germanica vocantur, exstingui coepit. Quod ut demonstrem nonnulla afferam exempla. Velut in vocabulo [G] tagr [Schulze, Gotisches Glossar p. 338] = [a.Th.] zahar [Graff, Ahd. Sprachschatz V p 631] = [Ags] täher, taer, tear [Ettmüller p. 517], [aFr.] tar [Richthofen. Altfries. Wörterb. p. 1056] u vocalem syncopa elisam esse facile intelligitur, conferenda enim sunt ex Graeco et Latino substantiva δάκρυ, δάκρυ-ον, dacru-ma. Eodem pertinet Goticum illud adjectivum *kaúrs = [Scr.] guru-s = [Gr.] βαρύ-ς [Schulze, p. 182]. Pariterque man nomen [Sch. p. 222] explicandum est. De quo accuratius a Delbrueckio [Zacher Zt. II p. 406] agitur. Certo multo alia nomina huc pertinent.

Adde quod in lingua Gotica exiguus tantum numerus et adjectivorum et substantivorum gen. femininineutriusve servatus est.

Similis est ratio linguarum „Saxonicarum-Theotiscarum", in his enim adjectivorum declinationis in **u** ne minima quidem vestigia exstant. Atque in lingua Norroena **u** vocalis sive primigeniae ut in nominibus sonr, mögr, bógr, kiölr sive ex va contractae et extenuatae, quod demonstrant exempla haec dögg, fiör, fölr, dyggr, Pröngr exstinctionem secundum legem phoneticam factam esse constat. Itaque dubitare non licet, quin **u** vocalis jam antiqua aetate evanescere coeperit. Cum mea autem intersit de eis tantum exponere nominibus, quae **u** vocali privata esse certissimis testimoniis demonstretur sive flexione sive simillimis vocabulis, quae linguae alicui Germanicae vetustiori tribuenda sunt, linguam Goticam prorsus omittendam esse patet. Itaque mihi demonstrandum est, ex parvis reliquiis nominum ad linguas „Saxonicas-Theotiscas" pertinentium eorum, quae magis primitivas stirpes in **u** desinentes praebent, constitui posse, post quas potissimum consonas vocalis illa in sing. nominativo interierit.

Agitur primum de lingua antiqua Theotisca. Cujus linguae nomina **u** vocali privata sunt

I. post consonas dentales.

1. post **t** sonum.

1. fuoz, fuaz [Gr. III p. 733]. Quo in nomine **u** vocalem exstinctam esse docent et [G] fôtu-s [Sch. p. 90] et plur. accus. in **u** desinens fuazzu [a Th.], qui uno loco cf. H. 19 legitur. Thema **u** vocali finitum utrum Norroeno fótr [Eg. p. 195] subjectum fuerit necne, in dubio versari mihi videtur.
2. hiruz, hirz [Gr. IV p. 1017]. Primigenii **u** soni vestigia facile perspiciuntur ex lingua Norroena, quae exhibet hiörtr [Eg. p. 350].
3. chust, cust [Gr. IV p. 514] conferendum est cum Gotico kustu-s [Sch. p. 183]. Ex lingua Norroena huc pertinet kostr [Eg. p. 475], cujus nominis plur. accus. kostu [Wimm. l. c. p. 44], etsi perraro, invenitur.
4. dâht, taht [Gr. V p. 379] nihil aliud est nisi Norroenum Páttr plur. acc. Páttu [Eg. p. 905. — Wimm. p. 48].
5. zuht [Gr. V p 615] idem quod [G] Puhtu-s [Sch. p. 391].

Secuntur nonnulla nomina ex aliis linguis assumpta:

1. Christ [Gr. IV p. 617] = [L] Christu-s, [Gr.] Χριστό-ς, [G] Xristu-s [Sch. p. 453].
2. most [Gr. II p. 883] = [L] mustu-m.
3. Pilat [Gr. III p. 333] = [L] Pilatu-s, [Gr.] Πειλάτο-ς, [G] Peilatu-s [Sch. p. 261.]
4. senot [Gr. VI p. 245] = [L] senatu-s.

2. post **d** sonum.

1. hand, hant [Gr. IV p. 965] idem est quod [G] handu-s [Sch. p. 130], [N] hönd [Eg. p. 378].
2. rand [Gr. II p. 531]. In quo nomine **u** vocalem olim exstitisse docet [N] rönd [Eg. p. 671].
3. scilt, schilt, sclit [Gr. IV p. 489]. Ad quod substantivum idem revocandum est, nam inveniuntur [G] skildu-s [Sch. p. 314], [N] skiöldr plur. acc. skiöldu [Eg. p. 732].
4. wirt [Gr. I p. 932]. Pleniorem formam continet lingua Gotica: vaírdu-s [Sch. p. 404]. Etiam huc pertinet unum nomen ex lingua Latina deprômptum cf.

senod [Gr. VI p. 245] = [L] synodu-s, [Gr.] σύνοδο-ς.

3. post **Þ** sonum.

1. lid [Gr. II p. 188] conferendum est cum liÞu-s [Sch. p. 208], quod substantivum lingua Gotica exhibet. Eandem vocalem in stirpis terminatione positam postulat lidhu, plur. accus. Norroenii lidhr [Eg. p. 526. — Möb. Altnord. Gl. p. 268].
2. lîdh, lîd [Gr. II p. 192]. Extrusa **u** vocalis apparet in [G] leiÞu-s [Sch. p. 203].
3. zant [Gr. IV p. 683]. De quo nomine idem quod de fuoz judicandum est, respondet enim [G] tunÞu-s [Sch. p. 381] et [N] tönn [Eg. p. 819].

II. post consonas gutturales.

1. post **k** sonum.

Huc tantummodo nomina aliunde assumpta referenda sunt:

1. catholic [Gr. IV p. 366] = [L] catholicus-, [Gr.] καθολικό-ς.
2. choc, coch [Gr. IV. p. 360] = [L] coquu-s.
3. Chreach [Gr. IV. p 591.] = [L] Graecu-s, [Gr.] Γραικό-ς.
4. parc, paruc, parug, barug, parch, barch, parh [Gr. IV p. 207] = [L] porcu-s.
5. sac, sach, sag [Gr. VI p. 73] = [L] saccu-s, [Gr.] σάκκο-ς, [G] sakku-s [Sch. p. 294]. Correpta forma in Norroenam quoque linguam transiit cf. sekkr [Eg. p. 692].
6. soc [Gr. VI p. 134] = [L] soccu-s.

2. post **g** sonum.

1. pǒch, bǒc [Gr. III p. 41]. Stirpem **u** vocali terminatam exhibet Norroenum bógr [Eg. p. 66] cf. plur. acc. bógu. Ex aliis linguis huic propinquis huc pertinent [Scr.] bâhu-s, [Zend.] bâzu, [Gr.] πῆχυ-ς [Curt. Gr. Et. p. 184].
2. -zug [Gr. II p. 624] idem est quod [G] tigu-s [Sch. p. 342], [N] tigr plur. acc. tigu [Eg. p. 814].

3. stîch [Gr. VI p. 623] conferendum est cum Norroeno stígr pl. acc. stígu [Eg. p. 777].

III. post consonas liquidas.

1. post l sonum.

1. esil, esel [Gr. I p. 486]. Hoc nomen nihil aliud est nisi [G] asilu-s [Sch p. 30].
2. kiol, chiol, kiel, cheol, chiel, cheil [Gr. IV p. 387]. Exstinctae u vocalis vestigia insunt in [N] kiölr pl. acc kiölu [Eg. p. 464].
3. pal, bal [Gr. III p. 93] respondet Norroeno böllr [Eg. p. 67].

Transgredior ad nomina ex aliis linguis repetita. Quo revocanda sunt

1. angul, angel [Gr. I p. 345] = [L] angulu-s.
2. capital [Gr. IV p. 356] = [L] capitolu-m.
3. castel [Gr. IV p. 532] = [L] castellu-m.
4. circil [Gr. IV p. 489] = [L] circulu-s.
5. engil [Gr. I p. 347] = [L] angelu-s, [Gr] ἄγγελο-ς, [G] aggilu-s [Sch. p. 5].
6. jussal, jussol, jussel [Gr. I p. 612] = [L] jussellu-m.
7. tiufal [Gr. V p. 392] = [L] diabolu-s, [Gr] διάβολο-ς, [G] diabaúlu-s [Sch. p. 383].

2. post **n** sonum.

1. arn [Gr. I p. 432] respondet Norroeno örn [Eg. p. 628].
2. spân [Gr. VI p. 338]. Vocalem **u** in stirpis fine collocatam esse cognoscitur ex plur. accusativo spánu, quem Norroenum spánn [Eg. p. 764] exhibet. Praeterea plenior forma in **u** desinens in linguis Finnicis traditur cf. paanu [Thomms. p. 159].
3. sun, sunu [Gr. VI p. 59]. Deleta vocalis **u** saepenumero in flexione occurrit, quod docent sing. dativus: suniu, suno.
   ,, vocativus: sunu, suno.
   ,, accusativus: sunu, suno.
   Primigeniae formae sunt [Scr.] sûnu-s, [G] sunu-s [Sch. p. 330]. E lingua Norroena huc pertinet sonr. pl. acc. sonu [Eg. p. 762].

Huc accedit vocabulum ex lingua Latina depromptum adamantîn [Gr. I p. 156] = [L] adamantînu-s.

3. post **m** sonum

Post quam consonam duo tantum nomina e lingua Latina traducta **u** vocali privata sunt

1. dôm [Gr. V p. 140] = [L] domu-s. E lingua Graeca conferendum est δόμο-ς.
2. salm [Gr. III p. 370] = [L] psalmu-s.

4. post r liquidam.

1. widar, wider, widir, widhar [Gr. I p. 779] idem quod [G] viÞru-s [Sch. p. 449]. E lingua Norroena huc pertinet vedhr [Eg. p. 874], cujus nominis primariam u vocalem in stirpis fine positam docet antiquior Suecorum lingua, in ea enim invenitur plur. accus. veÞru [Rydqvist. II p. 142]. De eodem nomine in linguas Lappicas traducto cf. Thomms. p. 183.
2. vintar, wintar winter [Gr. I p. 631] respondet Gotico vintru-s [Sch. p. 434]. Vocalem u in stirpis terminatione collocatam olim exstitisse demonstrant Anglosaxonici nominis vinter [Grein Bibliothek d. ags. Poesie. Bd. IV p. 716] plur. accus. vintru et sing. dativ. vintra cf. suna. In Norroeno [Eg. p. 872] correptum vetr exstat.
3. har [Gr. IV p. 987]. Pleniores formae sunt haru, haro.

Venio ad nonnulla nomina aliunde assumpta:

1. chor [Gr. IV p. 480] = [L] choru-s, [Gr.] χορό-ς.
2. Cyr [Gr. IV p. 480] = [L] Cyru-s, [Gr.] Κῦρο-ς.
3. klôster [Gr. IV p. 566] = [L] claustru-m.
4. Syr, Sir [Gr. VI p. 271. 908] = [L] Syru-s, [Gr.] Σύρο-ς.

IV. post consonas labiales.

Ad quas consonas tantummodo nomina peregrina pertinent.

1. post p sonum.

1. isop [Gr. I p. 486; IV p. 1095] = [L] hysopu-s, hyssopu-s, [Gr.] ὕσσωπο-ς.
2. piscof [Gr. III p. 353] = [L] episcopu-s, [Gr.] ἐπίσκοπο-ς.

2. post b sonum.

Jacob [Gr. I p. 593] = [L] Jacobu-s, [Gr.] Ἰάκωβο-ς, [Ags.] Jacobu-s [Ettm. p. 73].

Restat v semivocalis. Post quam periit u vocalis in adjectivo

glau [Gr. IV p. 294]. Pleniorem formam exhibet Goticum *glaggvu-s [cf. glaggvo, glaggvuba Sch. p. 115]. Ex lingua Norroena huc referendum est glöggr [Eg. p. 252].

Sequitur lingua antiqua Saxonica. In qua ejusdem vocalis exstinctionem praebent haec vocabula.

I. post consonas dentales.

1. post **t** sonum.

1. fuot [Schmell. Gloss. z. Hel. p. 39. — Heyne Altniederdeutsche Denkm. II p. 116].
2. hirot [H. p. 125].
3. cust [Schm. p. 21]. Praeterea huc pertinet nomen peregrinum Crist, krist [Schm. p. 19. — H. p. 135].

2. post **d** sonum.

1. hand, hant [Schm. p. 50. — H. p. 121].
2. scild [Schm. p. 93].

3. post **þ** sonum.

1. lîth [Schm. p. 72].
2. tand [Schm. p. 108. — H. p. 169 cf. tant].
3. tuht [H. p. 173].

II. post consonas gutturales.

1. post **k** sonum.

Quo revocandum est unum nomen ex lingua Latina repetitum coc [Schm. p. 18. — H. p. 134].

2. post **g** sonum.

1. bôg [H. p. 104].
2. -tig [Schm. p. 23].

III. post consonas liquidas.

1. post **l** sonum.

1. wall [Schm. p. 123]. Vocalis **u** exstincta invenitur in Norroeno völlr *vallu-s [Eg. p. 895].
2. esil [Schm. p. 30. — H. p. 109].

Eodemque pertinent nomina peregrina haec

1. angul [Schm. p. 7].
2. engil [Schm. p. 28].
3. castel [Schm. p. 17].
4. diubhal, diubhall, diubhul, diobol, diabol, diuvil [Schm. p. 22. — H. p. 106].

2. post **n** sonum.

1. sun [H. p. 164]. Stirps in **u** occurrit in sing. accusativo suno [ibid.].

3. post **m** sonum.

Huc pertinent duo nomina peregrina cf.

1. dôm, duom [Schm. p. 23].
2. salm [H. p. 156].

4. post **r** sonum.

1. withar, widhar, widher (Schm. p. 136).
2. wintar (Schm. p. 134). Praeterea commemorandum est nomen aliunde assumptum clûstar (Schm. p. 18).

IV. post consonas labiales.

1. post **p** sonum.

biscop (Schm. p. 13. — H. p. 103). Nom. peregrinum.

2. post **b** sonum.

Jacob (Schm. p. 63). Nom. peregr.

Etiam post **v** sonum **u** vocalis periit in adjectivo glau (Schm. p. 46. — H. p. 120).

In lingua Anglosaxonica **u** vocalis interiit in sequentibus nominibus.

I. post consonas dentales.

1. post **t** sonum.

1. fôt (Ettm. p. 333. — Grein III p. 335).
2. heort, heorut, hiorot (Ettm. p. 463. — Grein IV p. 69). Heort, Heorot. Nom. proprium. (Grein IV p. 787).
3. catt (Ettm. p. 383. — Gr. III p. 383). Vocalem **u** olim exstitisse Norroenum köttr (Eg. p. 476 plur. acc. köttu ap. Vigfússon.) demonstrat.
4. cyst (Ettm. p. 389. — Gr. III p. 181).
5. tyht, tiht (Ettm. p. 534. — Gr. IV. p. 558). Quibus adjicienda sunt haec nomina peregrina.

1. crist (Ettm. p. 397. — Gr. III p. 169).
2. must, most (Ettm. p. 222. — Gr. IV p. 270).

2. post **d** sonum.

1. hand, hond (Ettm. p. 467. — Gr. IV p. 11).
2. rand, rond (Ettm. p. 250. — Gr. IV. p. 363).
3. sîd (Ettm. p. 666. — Gr. IV p. 444). Positivus non occurrit, comparativus et superlativus leguntur.
4. scäd (gen. neutr.), sceadu (gen. fem.). (Ettm. p. 670. — Gr. IV p. 398. 401. —) Praeterea pleniores formas exhibent plur. nom. acc. sceadu, sceado, scadu. Ex linguis Germanicis huic proprinquis huc revocanda sunt: (G) skadu-s (Sch. p. 311) (aS) scado (H. p. 166).
5. strand (Ettm. p. 743) idem est quod (N) strönd (Eg. p. 786).

Praeterea huc pertinet nomen peregrinum nard (Ettm p. 192. — Gr. IV p 274) = (L) nardu-s.

3. post P sonum.

1. lidh (Ettm. p. 192. — Gr. IV p. 182). Stirps in u desinens in flexione exstat, quod docent plur. nom. lidhu, leodhu, et acc. leodho.
2. lîd (Ettm. p. 190. — Gr. IV p. 182).
3. tôdh (Ettm. p. 540. — Gr. IV p. 543).

II. post consonas gutturales.

1. post k sonum.

1. hnäsc, hnesc, hnysc, nesc (Ettm. p. 496. — Gr. IV p. 91). Pleniorem formam exhibet Goticum hnasqu-s.

Secuntur nomina ex aliis linguis deprompta:

1. bearg, bearch, bearug (Ettm. p. 288. — Gr. III p. 102).
2. canonic (Ettm. p. 378) = (L) canonicu-s, (Gr.) κανονικό-ς.
3. cantic (Ettm. p. 378. — Gr. III. p. 155) = (L) canticu-s.
4. cleric, cleroc, clerc (Ettm. p. 392) = clericu-s, (Gr.) κληρικό-ς.
5. coc (Ettm. p. 383).
6. Grêc (Ettm. p. 443).
7. manc (Ettm. p. 196) = (L) mancu-s.
8. sacc, säcc (Ettm. p. 622).
9. socc (Ettm. p. 648) = (L) soccu-s.

2. post g sonum.

1. bôg (Ettm. p. 276. — Gr. III p. 134).
2. stîg (Ettm. p. 740. — Gr. IV p. 483).
3. -tig (Ettm. p. 535).

III. post consonas liquidas.

1. post l sonum.

1. ceól, ciól (Ettm. p. 387. — Gr. III p. 160).
2. veall (Ettm. p. 113).
3. esol, eosol, asal (Ettm. p. 15. — Gr. III p. 228).

Eodemque pertinent nomina ex aliis linguis traducta:

1. apostol (Ettm. p. 14) = (L) apostolu-s (Gr.) ἀπόστολο-ς, (G) apáustáulu-s (Sch. p. 28).
2. ängel, engel (Ettm. p. 22. — Gr. III p. 227).
3. deóful, deófl (Ettm. p. 566. — Gr III p. 191); plur. accus. deóflu.
4. capitol (Ettm. p. 378) = (L) capitolu-m.
5. circul, circol (Ettm. p. 383. — G. III p. 161) = (L) circulu-s.
6. cimbal (Ettm. p. 382) = (L) cymbalu-m.
7. muscel, muscl (Ettm. p. 222) = (L) musculu-s.
8. titul (Ettm. p. 527) = (L) titulu-s.

2. post n sonum.

1. earn (Ettm. p 31. — Gr. II1. p. 249).
2. spôn (Ettm. p. 719).

Praeterea huc referendum est nomen ex lingua Latina repetitum diacon, deacon (Ettm. p. 560. — Gr. III p. 194) = (L) diaconus, (Gr.) διάκονο-ς.

3. post m sonum.

1. lim, leom (Ettm p. 187. — Gr. IV p. 188) = (N) limr, plur. acc. limu (Eg. p. 519).

Addendum est nomen peregrinum
salm (Ettm. p. 624).

4. post r sonum.

1. vëder (Ettm. p. 103).
2. vinter (Ettm. p. 125. — Gr. IV p. 716). Stirps in u occurrit in plur. acc. vintru.
3. âr (Gr. III p. 34. — Ettm. p. 67) = (G) aírus (Sch. p. 12), (a S) eru (Schm. p. 300), (N) árr (Eg. p. 21), plur. acc. áro.

Ad quae accedit nomen peregrinum
clûstor, clûster, clauster (Ettm. p. 395. — Gr. III p. 164).

IV. post consonas labiales.

1. post p sonum.

bisceop, biscop (Ettm. p. 294. — Gr. III p. 118). — Nom. peregrin.

2. post b sonum.

Jacob (Gr. IV p. 789). — Nom. peregrin. — Plenior forma Jacobu-s saepe invenitur cf. Ettm. p. 73.

Praeterea post v sonum u vocalis interiit in adjectivo
gleáv, glau, glauv (Ettm. p. 436. — Gr. III p. 514).

Restat ut de lingua antiqua Frisia disseratur. In qua u vocalis exstinctione affecta sunt haec vocabula

I. post consonas dentales.

1. post t sonum.

1. fôt (Richthofen Altfries. Wörterb. p. 755).
2. hjört (Outzen Fries. Gloss. p. 127).
3. kát, kaat (Outz. p. 152).
4. toht (R. p. 1089).

Secuntur nonnulla nomina ex aliis linguis deprompta:
1. advent (R. p. 588) = (L) adventu-s.
2. prelat (R. p. 980) = (L) praelatu-s.
3. sacrament (R. p. 1000) = (L) sacramentum.

2. post d sonum.

1. hand, hond, heand (R. p. 823. — O. p. 129).
2. skeld, schield, schild (R. p. 1022).
3. strand, strönd, (O. p. 346).
4. wérd, weerd (O p. 388).

3. post P sonum.

1. ferd (R. p. 760). Pleniores formae in eadem lingua inveniuntur cf. frede, fretho. Praeterea conferantur (a Th.) fridu (Gr. III p. 788); (a S.) frithu, fritho, frido (Schm. p. 40. H. p. 116); (Ags.) fridhu, freodho, fredho (Ettm. p. 374. — Gr. III p. 343). Norroenum fridhr in flexionem i vocali terminatam transiit (Eg. p. 204).
2. lid, led, leth, hlid, lath (R. p. 905. — O. p. 179).
3. sid, síd, (O. p. 306). De quo adjectivo cf. (Ags.) sîd.
4. tôth, tôsch, tûsch, tûsk, tôsk, tond (R. p. 1092. — O. p. 362).

II. post consonas gutturales.

1. post k sonum.

1. bórk (O. p. 32). E lingua Norroena huc pertinet börkr (Eg. p. 69).
2. bûk = lacertus (R. p. 673).
3. lack, laek (O. p. 177) = (L) lacu-s. Deinde commemoranda sunt (N) lögr (Eg. p. 532), (a S.) lagu, lago (Schm. p. 67), (Ags.) lagu, lago (Ettm. p. 156. — Gr. IV. p. 153).

Secuntur nonnulla nomina peregrina:

1. kanonik (R. p. 858).
2. säk (O. p. 295).
3. klerk, klirk (R. p. 874).

III. post consonas liquidas.

1. post l sonum.

1. wal (R. p. 1122).
2. wál, waal (O. p. 381). Cui nomini respondet (G) valu-s (Sch. p. 413), (N) völr (Eg. p. 895).

Huc accedunt nonnulla nomina aliunde assumpta:

1. angl, engel, ingel (R. p. 606. — O. p. 142).
2. apostol, apostel (R. p. 607).
3. diovel, divel, divol (R. p. 688).
4. kapittel (R. p. 859).

2. post n sonum.

1. earn (O. p. 57).
2. spôn, spân (R. p. 1042).

3. sunu, sune, son; sén, sèn, sun, sönn, saen (R. p. 1056. — O. p. 302).

His adnumerandum est nomen peregrinum
diakon (R. p. 686).

3. post **m** sonum.

Ad quam consonam duo tantum nomina ex lingua Latina repetita pertinent

1. dôm (R. p. 689).
2. salm (O. p. 296).

4. post **r** sonum.

winter, wonter, wunter (R. p. 1152. — O. p. 407). Ad quod accedit nomen peregrinum
klûster, klâster (O. p. 164. — R. p. 873).

IV. post consonas labiales.

In hac quoque lingua et post **p** et post **b** sonos tantummodo nomina ex aliis linguis traducta **u** vocali privata sunt.

1. post **p** sonum.

biscop (R. p. 646).

2. post **b** sonum.

Jacob (R. p. 837).

Restat **v** semivocalis, post quam **u** vocalis interiit in adjectivo gläy (O. p. 96).

Praeter ea, quae modo enumeravi, exstant alia nomina, quibus, etsi in lingua Norroena alias flexiones secuntur, tamen praesertim cum easdem stirpes Goticum praebeat in **u** vocalem desinentes neque vero hac in lingua stirpes in **a** neque stirpes in **i** inveniantur, quae in declinationem **u** vocali terminatam transierint, priore aetate stirpes in **u** subjectas fuisse verisimile est.

Adde quod nomina in **u** vocalem desinentia ut vetustissimorum Germanorum temporibus, quibus singulae linguae nondum inter se discesserant, hac ipsa vocali interdum privata sunt, ita in lingua Norroena, antequam vocales in syllabis praecedentibus positae mutarentur, **u** sonum in stirpis terminatione collocatum saepius nullo vestigio relicto amittere potuerunt. Quo referenda sunt:

I. post consonas dentales.

1. post **t** sonum.

1. (aTh.) luft (Gr. II p. 208), (aS.) luft (Schm. p. 74), (Ags.) lyft (Ettm. p. 176. — Gr. IV. p. 198), (aFr.) loft (O. p. 190). Pleniorem formam exhibet (G) luftu-s (Sch. p. 215). In flexionem **a** vocali finitam transiit Norroenum lopt (Eg. p. 534).

2. (aTh.) lust (Gr. II p. 285), (aS.) lust (Schm. p. 74. — H. p. 140), (Ags.) lust, lyst (Ettm. p. 181. — Gr. IV p. 196), (aFr.) lust (R. p. 913). Exstincta u vocalis occurrit hoc in linguae Goticae nomine lustu-s (Sch. p. 216). Norroenum losti (Eg. p. 535) in flexionem ja syllaba terminatam transgressum est.

2. post d sonum.

1. (a Th.) flôt, fluot, fluat, float, fload, flŏt, flohat (Gr. II p. 754), (aS.) flôd, fluot (Schm. p. 37. — H. p. 115), (Ags.) flôd (Ettm. p. 364. — Gr. III p. 305), (aF.) flôd, flôth (R. p. 747. — O. p. 83). Magis primitivum thema in u vocalem desinens exstat in Gotico flôdu-s (Sch. p. 90). Nomen floedhr (Eg. p. 184), quod lingua Norroena exhibet, flexionem in ja sequitur.
2. (a Th.) hart, hert (Gr. IV p. 1019), (aS.) hard, hart (Schm. p. 50. — H. p. 122), (Ags.) heard (Gr. IV p. 56. — Ettm. p. 456). Pleniorem stirpem in u vocalem desinentem praebet Goticum hardu-s (Sch. p. 131).

Quod in linguis Finnicis harra-s, ut supra commemoravi, Norroeno hardhr respondet, id sic explicandum esse mihi videtur, ut post nonnullos hujus adjectivi casus secundum flexionem in a vocalem desinentem formatos sing. nominativus in as ortus sit.

3. (a Th.) grunt, crunt (Gr. IV p. 330), (a S.) grund, krund (Schm. p. 49), (Ags.) grund (Ettm. p. 441. — Gr. III p. 530), (aFr.) grond (R. p. 787). Cujus vocabuli thema olim in u vocalem desiisse demonstrat Goticum illud compositum grundu-vaddjus (Stamm. Vulfil. p. 306). In lingua Norroena respondet grund (Eg. p. 275), in quo nomine, cum antecedentis syllabae mutatio non exstet, u vocalis in stirpis fine collocata jam prisca aetate exstincta est. Addo nomen grund-völlr (Eg. p. 275), cujus compositi prior pars cum Gotica illa grundu-conferenda esse mihi videtur.

3. post P sonum.

1. (a Th.) tôd, tôth, taot, tôt, dôt (Gr. V p. 340), (a S.) dôdh, dôd, dôt (Schm. p. 23. — H. p. 107), (Ags.) deád (Ettm. p. 564. — Gr. III p. 189), (a Fr.) dâd, dâth (R. p. 677). Plenior forma in us syllabam desinens invenitur in Gotico dáuPu-s (Sch. p. 64). Ex lingna Norroena affero nomina alias flexiones sequentia daudhr, daudhi (Eg. p. 96).

2. (Ags.) cvidh (Ettm. p. 407). Hoc nomen conferendum est cum Gotico qiÞus (Sch. p. 275). Norroenum kvidhr (Eg. p. 487) in flexionem i vocali terminatam transiit.

III. post consonas liquidas.

1. post n sonum.

1. (a Th.) dorn, thorn, dhorn (Gr. V p. 227), (a S.) thorn (Schm. p. 116. — H. p. 177), (Ags.) thorn (Ettm. p. 31. — Gr. IV p. 595), (a Fr.) thorn (R. p. 1076). Exstincta u vocalis occurrit in Gotico Paúrnus (Sch. p. 383). Deinde huc referenda est forma linguae antiquae Theotiscae thornu = ramus. Ra. exhibet „ramos" (Gl. Ker. 236). Norroenum Þorn (Eg. p. 918) u vocali exstincta declinationem i vocali finitam accepit.
2. (a Th.) quirn (Gr. IV p. 680), (a S.) quern (Schm. p. 87), (Ags.) cveorn, cvyrn, (Ettm. p. 403), (a Fr.) quérn (O. p. 267). Quod substantivum respondet Gotico quaírnu-s (Sch. p. 263). Correptam formam kvern (Eg. p. 483) exhibet lingua Norroena.
3. (a Fr.) kann (O. p. 153) idem est quod (G) kinnu-s (Sch. p. 183) In kinn (Eg. p. 462) nomine linguae Norroenae proprio u vocalis jam prisca aetate interiisse mihi videtur.

Praeterea fortasse huc pertinet nomen (a Th.) hungar, huncar, hunkar, hunger (Gr. IV p. 963), (a S.) hungar, hunger (Schm. p. 63. — H. p. 130), (Ags.) hungur, hungor, hunger (Ettm. p. 125. — Gr. IV p. 111), (a Fr.) hungèr, honger (R. p. 1080). Stirpem in u vocalem desinentem praebet Goticum huhrus (Sch. p. 434). Norroenum húngr (Eg. p. 414) in flexionem a vocali terminatam transgressum est.

Ex quo apparet, in singulis linguis „Saxonicis-Theotiscis" u vocali in stirpe exeunte posita esse privata

	a Th.	a S.	Ags.	a Fr.
1. post dentales consonas nomina	18	14	20	17.
2. post liquidas „ „	13	8	11	10.
3. post gutturales „ „	3	2	4	3.
4. post v semivocalem „	1	1	1	1. —

Dixerit quispiam contra consonarum seriem eam, quam ego constitui, cum in majore numero nominum ad declinationem in u revocandorum vocali thema significanti consona aut dentalis aut liquida praecedat, copiam ipsorum nominum correptorum majorem esse oportere quam aliorum. Idque rectissime! At ut dijudicari possit, utrum conjectura mea verisimilis sit necne, quot pleniores sing. nominativi formae in linguis „Saxonicis-Theotiscis" exstent

quaerendum est. Sed antequam illud persequar, de praecedentibus consonis labialibus pauca disputare mihi libet. Ac mirum quidem est, nomina ejusmodi ad declinationem in **u** referenda neque correpta neque integra inveniri. Quae olim exstitisse, flexiones in a et i desinentes linguae Goticae demonstrare videntur, quippe quibus 15 nomina **bs**, **ps** sonorum complexionibus finita adnumeranda sint. Jam vero quaeritur, utrum talia nomina in linguis „Saxonicis-Theotiscis", priusquam **u** vocalis in stirpis fine collocata exstingueretur, interierint necne. Mea quidem sententia, praesertim cum in Gotico nomina hujusmodi declinationem in **u** sequentia non tradantur, major illorum pars exstincta est ea aetate, qua **u** vocalis in stirpis fine posita nondum perierat. — Transeo ad **v** semivocalem. Ad quem sonum in lingua Gotica adjectiva tantum pertinent. Quorum nullum nisi unum (cf. a Th. glau) **u** vocalis exstinctionem praebet, alia autem adjectiva ejusmodi in flexionem ja syllaba terminatam transierunt ut (a Th.) enki, (Ags.) enge (a S.) engi = (G) aggvu-s. — Vocalis **u** post **s** sonum deletae ne minima quidem exstare vestigia ex antecedentibus patet. Haec quoque nomina priscis temporibus evanuisse, demonstrat lingua Gotica, nam in ea unum tantum adjectivum Þaúrsu-s traditur, quod respondet adjectivo (a Th.) durri.

Itaque quaestio est de eis tantum nominibus, in quibus **u** vocalem thematis consonae aut dentales aut liquidae aut gutturales antecedunt. Atque his ipsis conjectura mea maxime confirmatur. Praemittendum autem existimo, linguae antiquae Frisiae, quippe in qua **u** vocalis in stirpe exeunte positae vestigia tam exigua supersint, ut nihil certi inde conjici possit, rationem habendam esse nullam. Ejusmodi formae pleniores sunt: frede, fretho (R. p. 760), sunu, sune (R. p. 1042). Incipio igitur a lingua antiqua Theotisca. In hac ex 22 nominibus, in quibus **u** vocali consona dentalis praecedit, non plura quam **4** exstant nomina, quae vetustiorem sing. nominativi formam servarunt quod docent

1. fridu, fridhu, frithu, frido (Gr. III p. 788).
2. situ, sidu, sito, site (Gr. VI p. 159).
3. uuitu, vuito (Gr. I p. 746).
4. scato (Gr. VI p. 423). Cujus nominis stirpem in flexione amplificatam esse, ex casibus obliquis scateuues, scateuue, scatue elucet.

Itemque inter **13** nomina, quorum stirpes in **u** vocalem antecedente liquida desinunt, **3** tantum pleniores formae inveniuntur. Tales sunt

1. haru, haro (Gr. IV p. 987).

2. sunu, (Gr. VI p. 59).
3. thornu (Gr. V p. 226).

Sed de 7 nominibus, in quorum stirpibus ante vocalem finalem gutturalis consona posita est, **4** integra permanserunt cf.

1. hugu, huku (Gr. IV p. 782).
2. lagu (Gr. II p. 102).
3. sigu, sigo (Gr. VI p. 131).
4. fihu, fieo, fiho, ueho, (Gr. III p. 429). Quam vocem huc revocandam esse puto, quod illud temporis **h** sonum gutturali aspiratae confinem fuisse verisimile est.

Deinde in lingua antiqua Saxonica ex **17** nominibus huc referendis, in quorum stirpibus dentalem consonam **u** vocalis excipit, **3** sola pleniora exstant

1. frithu, fritho (Schm. p. 40. — H. p. 116).
2. scado (Schm. p. 91. — H. p. 160).
3. sidu, sido (Schm. p. 97).

Simile quid dicendum est de nominibus, in quibus **u** vocalem finalem liquida anteit. Nam ex **10** nominibus huc pertinentibus non plura quam **3** formas exhibent integras cf.

1. eru (Schm. p. 30).
2. heru (Schm. p. 55).
3. sunu, suno (Schm. p. 107. — H. p. 169).

At de **7** nominibus, quorum stirpes in gutturalem sonum cum **u** vocali conjunctum desinunt, **5** nomina vocali in stirpis fine collocata, etsi interdum debilitata, in sing. nominativo non carent. Talia sunt

1. hugi (Schm p. 62).
2. lagu, lago (Schm. p. 67).
3. magu (Schm. p. 74).
4. sigi (Schm. p. 97).
5. fehu, feho (Schm. p. 33). — De quo nomine idem valet quod de vocabulo linguae antiquae Theotiscae proprio huic respondenti dixi.

Sequitur, ut de lingua Anglosaxonica agatur. In hac ex 24 nominibus, in quibus **u** vocali finali dentalis consona praecedit, **5** tantum pleniora traduntur cf.

1. meodu, meodo, medu, medo (Gr. IV p. 239).
2. sceadu (Gr. IV p. 398).
3. sidu, siodo (Gr. IV p. 442).
4. vudu (Gr. IV p. 745).
5. fridhu, freodho, fredho (Gr III p. 343).

Minor etiam numerus est pleniorum eorum nominum, quorum stirpes liquida cum **u** vocali conjuncta terminantur, etenim **u** vocalis exstinctio in sing. nominativo eo usque progressa est, ut de 13 nominibus huc pertinentibus vocalem illam non servarint nisi 2 cf.
1. heoru, heoro, hioro (Gr. IV p. 70).
2. sunu (Gr. IV p. 496).

Sed ex 9 nominibus, in quorum stirpibus ante vocalem finalem gutturalis consona collocata est, hanc vocalem exhibent 5 cf.
1. bregu, brego, breogo (Gr. IV p. 138).
2. hyge, hige (Gr. IV p. 126).
3 lagu, lago (Gr. IV p. 152).
4. magu, mago (Gr. IV p. 204).
5. sige (Gr. IV p. 446).

Hinc effici mihi videtur, in linguis „Saxonicis-Theotiscis" **u** vocalem in stirpe exeunte collocatam post consonas et dentales et liquidas potissimum interiisse. Quam rem comprobant nonnulla nomina, quae jam eo tempore, quo linguae Germanicae nondum inter se digressae erant, correpta sunt. Talia sunt Gotica illa man, tagr̥, *kaúrs. Similiter in linguis et Italicis et Graeca, ut antea demonstratum est, post easdem potissimum consonas vocalis in stirpis terminatione positae facta est exstinctio. Quae certe analogia permagni est momenti.

Sequitur, ut de aetate, qua illa nomina corripi coepta sunt, paucis disseratur. Cujus rei fere nihil constitui potest, nisi quod jam vetustissimis temporibus vocalis **u** exstingui fieri coepit. Verum illa vocalis utrum syncopam an apocopam passa sit, idem quod antea de **a** et **i** vocalibus exposui, dicendum esse mihi videtur nisi quod, praesertim cum, ut supra explicatum est, **u** sonus in universum diutius quam et **a** et **i** servatus sit, nominum **u** vocali terminatorum, quae linguae „Saxonicae-Theotiscae" exhibent, multo majorem numerum nominativi signo abjecto **u** vocali in stirpis fine posita esse privatum verisimile est. —

Quae quidem vocalis, ut antea vidimus, linguae Latinae convenienter modo in **o** modo in **i** debilitata, priusquam interiret, in e imminuta est. — Haec omnia in ea tantum quadrant nomina, quae Germanorum ab initio fuerunt, etenim nomina illa ex aliis linguis repetita amiserunt totam terminationem In quibus nominibus, prout ex linguis aut Graeca aut Latina in Germanicam assumpta sunt, aut **o** aut **u** vocalis periit.

Restat, ut nonnulla de lingua media Theotisca disputentur. In qua omnes vocales finales sonantes in **e** debilitatas esse constat. Haec **e** vocalis aut „muta" aut „sono carens" esse potest. Quarum illa saepius post **t** consonam et liquidas interire

incipit quod patet (Grimm's Gr. Bd. I. p. 581 sq. Berlin. 1870) ex his nominibus: bet, stat; bot, tot, schat, zit; blat, smit; zal, schar; har, kol, ar, dil, vol, nam, van, swan; gespil, nestel. Quin etiam vocalis e „sono carentis“ exstinctionis, etsi perraro, post easdem consonas inveniuntur vestigia velut in aht, slaht, sêl, buoz.

Similis est ratio linguae recentioris Theotiscae ita tamen, ut e vocalis finalis omnino interierit „muta“, possit abjici „sono carens“. Hac in re mirum est, post easdem potissimum consonas e vocalem „sono carentem“ periisse, quod facile perspicitur (Grimm l. c. p. 615 sq.) ex nominibus: furcht, pacht, wacht; fuerst, christ; mauer, pein, koenigin, freundin, natûr; herr, narr; sed post alias quoque consonas quod demonstrant nomina: fink, geck, grâf, spatz, schenk, pfaff, greif.

Quam rem divinationi cuidam vel recordationi non sane satis explicatae veteris cujusdam memoriae tribuerim. —

Caput IV.

Summarium.

Ex quibus omnibus rebus facile perspicitur, in sing. nominativo vocalis in stirpis fine collocatae exstinctionem in linguis Germanicis tantopere increbruisse, ut paullatim lex phonetica fieret, in Italicis ad magnum nominum numerum pertinere, in Graecis perraro exstare.

Quae res repetenda est imprimis inde, quod finales syllabae minus fuerunt distinctae accentu. Namque ob id ipsum, quod in Germanicis linguis accentus in syllaba radicali positus est, fieri potuit, ut exstinctio illius vocalis in omnia nomina sensim irreperet. Similis est ratio linguarum Italicarum, quippe quibus Barytonismus ille, quo syllabas finales accentu afficere verentur, tribuendus sit. Sed in lingua Graeca syllabae in vocabulorum terminationibus collocatae plures servatae sunt, quoniam in hac lingua permagni fuerit momenti ratio „formativa“, quae pertinet ad efferendas particulas vocabulorum formationi inservientes. Eae sunt aut praefixa aut suffixa. Huc referenda sunt imprimis vocabula, quorum terminationes sunt admodum crassae ac solidae, quod docent, ut exemplis utar, nomina in -os desinentia ea, quae actionem aliquam exprimunt.

Sed hac causa sola vocalis illa exstincta esse nequit, nam si ita esset, in Italicis quoque linguis ad multo majorem nominum, quorum stirpes in vocales desinunt, numerum pertineret. Alias

causas exstare necessse est, quae magni ad exstinguendam vocalem illam nomenti fuerint. Easque causas in vicinorum sonorum natura positas esse oportet. Cum qua re illud congruit, quod in linguis Graecoitalicis vocalis illa maxime post dentales ante **s** nominativi signum periit. Id igitur, cur ita sit, ex sequentibus elucebit.

Constat enim, consonis dentalibus cum **s** sono sibilanti quandam propinquitatem et affinitatem intercedere. Ex quo patet, illos sonos inter se quandam attrahendi vim habuisse, quae paullatim eo usque progressa sit, ut intermedia vocalis magis magisque debilitata denique interiret. Exin, postquam soni dentalis et **s** inter se conjuncti aliquamdiu fuerunt, illa consona periit.

Venio ad linguas Germanicas. Etiam hic necessitudo, quae intercedit inter dentales consonas et sibilantem s, permagni fuit momenti, quod demonstrant nomina flexionis **u** vocali in stirpis fine posita privata. Qua exstinctione facta post easdem consonas alia quoque nomina hujus flexionis, quorum sing. nominativus aut ab initio par erat stirpi aut jam vetustissima aetate casus signum amiserat, vocalem illam abjecerunt.

Transeo ad liquidas consonas. Post has quoque in linguis et Germanicis et Italicis persaepe interierunt vocales illae. Ex Graeca quidem huc referendum est unum tantum nomen (ἅλς), sed cum in hac lingua praeter l et sonos dentales post nullam consonam vocales illae perierint, de ea idem valet. Quae sententia eo confirmatur, quod in mediis vocabulis post liquidas consonas saepius illae vocales extrusae sunt quod docent: ἑκάτερ-θεν, φίλ-τατο-ς. Sed ne hoc quidem difficile est ad explicandum, nam post consonas liquidas ie. sonantes insequens vocalis, praesertim cum ad alteram particulam illius soni, quae vocalis quandam vim continet, adjungeretur, facile evanescere potuit. Huc accedit, quod sonorum complexiones ls, ns, rs non solum in linguis Graecoitalicis, sed etiam in Germanicis pronunciari potuerunt quod apparet ex nominibus his (Gr.) ἅλς, (Ital.) termins, Bantins, Upils, Sevêrs, (Got.) baúrs, urruns, ans, ubils. —

Nec vero mirum est, in linguis Italicis post **m** consonam vocalem illam non interiisse, nam in exeuntibus vocabulis sonorum **m** et consonae complexio in his linguis est inaudita.

Similia linguarum Germanicarum nomina **u** vocali privata, praesertim cum pleniores formae in Gotica prorsus non traditae sint, in Norroena, quod ego sciam, una tantum (cf. limu plur. acc.) inveniatur, aut plane interierunt aut vetusta aetate in alias flexiones transgressa sunt. Sed ea olim exstitisse, ex eo, quod flexiones et in **a** et in **i** desinentes satis multa nomina ejusmodi praebent, conspicuum est.

Post alias consonas vocalem in stirpis terminatione collocatam raro periisse, linguae Italicae demonstrant, at in Germanicis posterioribus temporibus post quamvis consonam attenuata est vocalis finalis. —

VITA.

Sternbergii, in oppido Magniducatus Megalopolitani a. d. IX. Cal. Jul. anno MDCCCXLIX patre Ferdinando et matre Ludovica e gente Drevsiana natus sum Carolus Joannes Albertus Maass. Fidem profiteor evangelicam. Usque ad annum aetatis XII a ludimagistro primordiis literarum imbutus in gymnasium Guestroviense receptus sum, ubi per septem annos artibus liberalibus me dedi. Vere anni h. s. LXIX in schola Thomana Lipsiensi maturitatis testimonium nactus civibus academiae ejus urbis adscriptus sum in studiis versaturus philolologicis. Scholis usus sum virorum doctissimorum Biedermanni, Curtii, Drobischii, Ecksteinii, Fritzschii, Hildebrandi, Langii, Leskienii, Ritschelii, Voigtii, Zarnckii. Societatis Ritschelianae sodalis fui ordinarius per tria semestria, proseminarii regii philologici, cui tum praeerat Langius, per unum; seminarii regii paedagogici, quod moderatur Ecksteinius, per duo semestria socius extraordinarius. Praeterea interfui exercitationibus philologicis in societatibus et grammatica Curtii per quinque semestria et Zarnckii Norroena per tria atque Theotisca per unum. Quibus omnibus viris gratias ago quam maximas.



Addenda.

Pag.	6	l.	12.	Pro	Ante quam	scribendum est	Antequam.
„	8	„	2.	„	ἁλι-φόρφυρο-ς .	„ „	ἁλι-πόρφυρο-ς.
„	8	„	19.	„	πρὸ-βλητο-ς .	„ „	πρό-βλητο-ς.
„	8	„	20.	„	φυλλο-στρωτο-ς	„ „	φυλλό-στρωτο-ς.
„	13	„	33.	„	ὀρειτώη-ς . . .	„ „	ὀρειώτη-ς.
„	16	„	18.	„	Pemponium . .	„ „	Pomponium.
„	16	„	24.	„	genitions . .	„ „	genitivus.
„	24	„	4.	„	ucar	„ „	ukar.
„	26	„	36.	„	Cic.	„ „	Corss.
„	31	„	36.	„	ord	„ „	ordh.
„	32	„	34.	„	cuper	„ „	caper.
„	33	„	3.	„	Simila	„ „	Similia.
„	34	„	6.	„	Do	„ „	De.
„	36	„	29.	„	qud	„ „	quod.
„	36	„	42.	Elidendum est in.			
„	37	„	10.	Pro	Hleva hospitibus	„ „	Hlevahospitibus.
„	37	„	19.	„	Hleva hospes .	„ „	Hlevahospes.
„	38	„	33.	„	conjuncta . .	„ „	conjunctum.
„	40	„	19.	„	exstintione . .	„ „	exstinctione.
„	42	„	16.	„	Norroenii . .	„ „	Norroeni.

